Z.
I

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXVIII
F
38
NAPOLI

XXXVIII
F
38

XXXVIII

38

XXXVIII
7
35

INSTITVTIONES
IN LINGVAM SANCTAM HEBRAICAM.

AVTHORE

BENEDICTO BLANCVCCIO
ROMANO

SAC. THEOL. ET PHILOSOPHIÆ
DOCTORE

AC IN ALMAE VRBIS GYMNASIO
eiuſdem Linguæ Profeſſore.



NAPOLI

ROMAE, Apud Bartholomæum Zannettum. M. DC. VIII.

SVPERIORVM PERMISSV

Imprimatur ſi placet R. P. M. S. P.
Cæſ. Fidelis Viceſg.

EGO Fr. Petrus Pichius de Treuio, Ord. Præd. Lector linguę Sanctę in Conu. S. Mariæ ſuper Mineruam, Ex commiſsione Reuerendiſs. P. M. Sac. Pal. vidi hoc opus, cuius titulus eſt *Inſtitutiones in Linguam Sanctam Hebraicam, Authore R. D. Benedicto Blancuccio Romano*, & nihil in eo reperi quod Fidei, vel bonis moribus aduerſetur, & exiſtimo typis dari poſſe. In quorum fidem manu propria me ſubſcripſi.

Ego Fr. Petrus qui ſupra manu propria.

Imprimatur
Fr. Angelus Brixius, Reuerendiſs. P. M. S. Palatij ſocius.

Adm. Ill.ri ac Reu.mo Patri D.

BERNARDINO PAVLINO VTRIVSQVE SIGNATVRÆ S. D. N. REFERENDARIO ABBATI &c.

BENEDICTVS BLANCVCCIVS ROMANVS Theologus diuinarum Hebraicarumq. litterarum in Almæ Vrbis Gymnaſio Profeſſor P. F.

LABORES mei domeſtici, Præſul Reuerendiſsime, vigilijſque nocturnis elucubratæ in Linguam Sanctam Hebraicam Inſtitutiones prodeunt ſub tui nominis patrocinio multis de cauſis. Primum enim cum pręter meam opinionem, inter cęteros, quos priuatim erudiebam, Ioannes Baptiſta Lachius, tuus ex ſorore nepos, diſcipulus aduenisſet, quem præcipuarum linguarum Latinæ, Gręcę, & Hebraicę ſtudijs florere cupiebas, ei promiſi me breui traditurum compendio, quas nunc edo, Inſtitutiones. Deinde res ipſa me admonuit, ne patronum alium quàm te optarem, dum meorum auditorum hoc altero anno, nobilium in Almæ Vrbis Gymnaſio, ac de re litteraria bene meritorum precibus vrgebar, vt paterer hęc meliorem in formam redacta, publicę vtilitati ſeruire. Videlicet nullus exiſtere videbatur Author, qui regulas eius artis certo, & definito quodam modo tradat, & enucleate diſtinguat: vel qui plura verba diuerſæ ſpeciei, affixorum naturas, mutationes, & conuerſiones punctorum, omnino vt rei difficultas maxime poſtulat, proponat, atque exemplis illuſtret; quæ omnia didicerunt a me in Scholis auditores mei. Non potui igitur iuſta hæc poſtulata

vllo modo negligere,ac promiſſa non præſtare; nec rurſum potui non quærere columen te in eiuſmodi onere deferendo. Si enim tua, quæ maxima ſunt, ornamenta & merita perpendebam, a te virtutis ſtudioſos, & religioni, ac veræ pietati deditos,defendi intelligebam; inuidos verò ambitioſos ac leui aura inflatos repudiari noueram, atque contemni: Bonas etiam artes,ac liberali homine dignas, earumq. ſtudioſos a te amari, iuuarique pro viribus, omnes prædicabant. Te denique viris doctis,ac ſapientibus perfugium eſſe tutiſſimum, naturalemq. tuam in omnes diuino timore repletos,ac virtute quauis excellentes tàm exteros,quàm domeſticos propenſionem teſtabantur omnes, & admirabantur. Atque vt cætera deſint eius rei argumenta, vnicum illud certe preclarum eſt, quod a fel. record. Clemente VIII. Pont. ter Maximo teſtimonium habuiſti luculentiſsimum; cum per tot annos aſsidue Prodatariatus prouinciam arduam te gerere voluerit. Nouerat nempe ſummus Pater, quàm multos ambitio inciter, fallat arrogantia, prouocet audacia ad Beneficia Eccleſiaſtica conſectanda. Nouerat quot viros, doctos quidem,ſed non audaces; bonos, & de Republica benè meritos, ſed non altiora petentes,terreret, paupertas, repelleret timor, inuidia propulſaret; arceret denique religioſa conſcientia, & naturæ ipſius imbecillitas, omni fauore humano deſtitutos; quibus tamen etiam tacentibus, diuino, humanoq. iure beneficia & honores propè deberentur. Quibus incommodis vt proſpiceret pro virili parte, & ex Paſtoris munere Pontifex Optimus,alijs rebus ipſe difficilioribus, latiuſque patentibus præpeditus, vt tu modò turbulentiſſimam hanc hominum auaritiam, & ſceleratam beneficiorum Eccleſiaſticorum cupiditatem reprimeres; modò opitulareris indigentium probitati; ampliſsimo illi muneri, quod inter cætera, ob anfractus difficiliores, ſimoniæque non vitatos bene ſcopulos, laborem aſsiduum, ſummamque vigilantiam flagitat, te licet inuitum,& quotidie recuſantem cum bonorum omnium conſenſu ac lætitia præfecit,præfectumque ſeruauit. Prouinciam vero illam tu quàm rectè geſſeris, teſtis

eſt

eſt multorum iuuenum, exterorum & barbarorum ſuſtentata paupertas: quorum vt ſtudia honeſta foueres, alios generoſa quadam beneficentia cumulaſti; alios longa moleſtaque fortunæ, & inuidorum iactatione conflictatos benigne recreaſti, & in tranquillum tuæ benignitatis & clementiæ portum ſecunda charitatis aura deduxiſti. Teſtatur denique Collegium Scotorum ab eodem ſummo Pontifice nuper in Vrbe erectum, ac tuæ fidei ſane quàm opportune commendatum. His præclare geſtis vt æternam profectò famam, nominiſque tui immortalitatem perpetuę litteratorum virorum memoriæ, monumentiſque conſecraſti; ita mihi quoque cumulum addidiſti tot tantorumq; beneficiorum,& cauſas, quibus hos qualeſcunque labores, tuo Nepoti adoleſcenti optimo promiſſos, nunc ſub tuo præſidio publicæ vtilitatis ergò edere non vererer. Nimirum huius tuæ benignitatis, munificentiæq. vſuram eiuſmodi me recepturum ſpero, vt ab infenſis, inuidiſq. obtrectatoribus libellus hic viuat illæſus. quamquam ſileo præterea fore, vt huius linguæ ſtudioſi plurimum tibi debeant, ſi quid ex hoc libello vtilitatis & emolumenti perceperint. Quare ſi eundem tu libenter, & hilari fronte complexus fueris, humanitatis comitatiſque tuæ memoria vnà cum libro longe lateque manabit, ac omnes (opinor) excuſabunt, quod optimo Præſuli dicarim diu debitum grati animi monumentum. Interim, vt Deus Opt. Max. a quo omnia bona proficiſcuntur, Amplitudinem tuam tueatur, ac ne itidem me, quem adhuc ſemper ornaſti, fouere ceſſes, vtq. tuam in doctos viros voluntatem conſeruet, atq. in dies augeat magis, etiam atque etiam obſecrabo. Vale. Datum ex Aedibus SS. Quirici & Iulitæ de Vrbe VII. Idus Decembris MDCVI.

Amplit. Tuæ Reuerendiſs.

Deditiſsimus famulus

Benedictus Blancuccius.

SACRARVM HEBRAICARVMQVE LITTERARVM STVDIOSIS AVTHOR SAL. D.

SOLENT plerique initio ſui operis lectorem monere de libri excellentia, de ſuſceptis in eo laboribus, de fine, de vtilitate denique, & operis neceſſitate; Tum vt legentium ſibi beneuolentiam concilient; tùm vt maleuolorum, ſiue inuidorum obtrectationes propulſent, & curioſis interrogatis reſpondeant. Mihi verò in hoc breui labore neutrum ſpectandum, ac nihil horum cenſeo faciendum. Nam quod ſpectat ad vtilitatem, atque præſtantiam, cum, & olim Sacri Doctores Hieronymus, Auguſtinus, alijque permulti, & recentiores Theologi in diſciplinis grauiſſimis diù multumque verſati extrema ſenectute hoc ſtudiorum genus amplecti conſueuerint, ſatis de ea re amplum videntur teſtimonium ſuo exemplo præbuiſſe. Illud a te, amice Lector, vnum diligentius obſeruari velim, qua ratione vertendo paginas, regulas, quæ ſubtiliores videntur, ediſcas, & aliquid vtilitatis ex his haurias, vt ne te temporis in ea re conſumpti aliquando pœniteat. Quemadmodum enim Theologus nullus huius linguæ cognitione carere vel debet, vel poteſt, vt Sacræ Scripturæ ſenſus noſſe queat, ita nec ſine illa ſaltem primoribus labris deguſtata, eaſdem explanare poterit. Idcirco vt omnes difficultates ſuperentur, non omnia videntur Tyronibus principiò a magiſtris tradenda eſſe, nec ab eiſdem memoriæ mandanda, ſed illa ſolum quæ vſitato charactère excuſa fuerint, & quibus in margine (Nota) appoſitum fuerit. Exceptiones etiam Regularum generalium non omnes initio cognoſcendæ: obruunt enim ingenia Tyronum, eorum præſertim qui grandiores iam, & in ſtudijs grauioribus occupati, laurea etiam donati, memoria non adeo pollent felici, vel otio minus abundant, vel memoria minus valent. Primum igitur praxim ſingularum orationis partium habere coneris, vt ad eas deinde applices regulas. Quæ enim traduntur, exempli gratia, de Verborum formatione, deque Coniugationum notis, & ipſarum mutuis diſcriminibus, has Verborum inflexiones, & paradigmata niſi teneas, nullo modo progredi in huius linguæ cognitione queas. In mutationibus etiam Nominum, & Verborum, aduenientibus affixis (quæ eſt difficilior pars totius Hebraicæ orationis, & linguæ, per quam aditus patet ad legenda Rabinorum ſcripta ſine punctis, quæ quidã Regulis percipere tantum conantur, ſed certe falluntur) vix certa aliquæ regulæ (quod huius linguæ periti norunt) tradi poſſunt; in quas ſcilicet ſpecies, & ad quanam formam nomi-

na

na illa vel alia reducantur, cuius ſint generis, horumque ſimilia. Ne igitur in Scyllam ignorantiæ incidas fugiens euitare Carybdim breuitatis, ac ne ſine conto ſubigas nauem ad portum, perleges prius adhibita tamen optimi voce Præceptoris) omnes terminationes, & formationes nominum, ac notabis, quæ in quas vocales mutentur, ſine regulæ cuiuſquam obſeruatione: deinde vero Regulas expendes diligenter, & conferes cum ipſo nomine memoria retento; & obſeruabis, in quibus fallat regula, quidue in alijs deſideret: qua exercitatione, & frequentiſſimum, quod dixi modo, accidere, & neceſſarium hoc poſtremum cognoueris. De Syntaxi. ex qua pendet ars Poetica neminem ferè legi, qui Grammaticæ Inſtitutiones ſcripſerit, in quo prorſus conquieſcam; nec ſtatuere facilè poſſum quiſnam addiſcentibus potiſſimum ſit præ cæteris vſui futurus. Etenim Syntaxis ferè nec regulis percipitur, quæ abſq. dubio propter exceptiones quam plurimas fallunt, neque vero paucis facile explicatur. Tota enim paſſim in toto Theſauro declaratur, & in quolibet fermè Verbo ſeu Radice (quæ dicitur) diuerſa eſt: itaque Theſaurus ipſe, & Dictionaria erunt regulæ Syntaxeos omnium aptiſſimæ. Quanquam quis omnino Grammaticus Theſauros integros breui complectatur Inſtitutione? Verba enim hebraica iuxta ſuos Idiotiſmos, & ſchemata diuerſa ab Authore linguæ inuenta conſtruuntur: quibus tamen (vt RR. Abèn Ezrà in Exod. & Bechaiài teſtantur) Spiritus Sanctus vel Propheta ipſo inſpirante locuti, ſubiecti non ſunt. Quod ſi a ſacrorum verborum conſtructione aberraueris, inanis fuerit huius linguæ cognitio. Apud Rabinos enim vt quiſque ſæpiſſimè ac prudentiſſimè phraſibus ſacris vtitur, ita ille etiam doctiſſimus habetur præ cæteris, & linguæ huius peritiſſimus. Vt etiam apud Latinos, qui Ciceronem, alioſque veteres optimè nouerit imitari, ij demum doctiſſimi habentur. Idem, & in Hebraicis maiori ope, & diligentia obſeruandum eſt. Itaque ad hanc rem Arcam Noe, Theſaurum Hebraicum a D. Marco Marino Canonico Regulari Sancti Saluatoris de induſtria recens elaboratum tibi comparabis, ac diligenter euolues, qui eſt Concordantiarum (ita vocant) Hebraicarum fidelis ad verbum Interpres. Quare mea in hoc inanis poneretur opera, & longior, quam par eſſet, quo vitio in præſentia carere volumus. Verum ne ea pars Grammaticæ a nobis omnino neglecta videretur, regulas quaſdam propoſuimus, breuiores quidem, tamen quæ & Syntaxeos vim omnem explicabunt, & ad Sacra Volumina intelligenda, imitandaque conducent. Verba, & illorum genera omnia ita facilè a me explicantur, & extenſa in omnibus Coniugationibus redduntur, vt quod alij Regularum multitudine, & Appendicibus longis appoſitis, & obſcuris illuſtrare ſe arbitrati ſunt, nos breuius, & facilius egerimus, dum Exceptio-

nes.

nes tantum in fine Verbi, & mutationes, ac variationes, ſiue diuerſos modos, quibus reperiuntur in Biblijs inflexa, appoſuimus; ſuperuacaneum rati, & inutile illud opus obſcurum, quod reipſa, & experimento comprobabis. Idem præſtitimus, & in arte Poetica, vt ex eo capite perſpicies, exemplis ipſis propoſitis, quæ imitandæ ſunt, ac declarata quantitate pedum, & verſuum. Multitudo enim regularum (in hac lingua diſcenda) ingenia potius hebetat, & perturbat ipſius linguæ cognitionem. Neque id eo dico, quod te Regularum notitia carere aſſeram vtile; hoc enim eſſet Hebræos recentiores imitari, qui vocabula vertere, & in alienam (vulgarem dico) reddere ſciunt, & carmina ſcribere, ſed ſine arte, & grammaticæ fundamentis. Quos Rabi Dauid initio ſui Michlòl (Grammaticæ) aſſerit eſſe.

אֲשֶׁר לָמַד וְתוֹרָה לוֹ לְקִנְיָן וְלֹא לָמַד יְסוֹד דִּקְדּוּק וְלֹא בֵּן
כְּמוֹ חוֹרֵשׁ אֲשֶׁר יִנְהַג שְׁוָרִים וְיָדוֹ מִבְּלִי מַלְמַד וְדָרְבָן׃

cum ſint ſine verbo, nomine, & dictione, vt cæci palpitantes in tenebris, & veluti qui arat, & boues impellit ſine ſtimulo. ſed tamen ſuperuacanea eſt multitudo, vbi res æq; paucioribus fieri poteſt & rectius. Quod certè in Arte Poetica noſtra facilè conſequeris, ſi ea, vti diximus, vtaris, & cum aliorum (quos tamen ſuo honore, & ſummo dignos iudico, & haberi volo) regulis præceptiſque contuleris. Conſulto etiam prætermiſimus ſubtiles illas, & plures Grammaticæ Hebraicæ Obſeruationes Appendices, & Regulas, a Rabi Kimchio, & alijs Doctoribus tàm Hebræis, quàm Latinis traditas, & a nobis ſæpius perpenſas: ſed eas tantum attulimus, quæ neceſſariæ videbantur, ne quis eas nos vel ex inſcitia, vel ex incuria reliquiſſe ſuſpicetur. Plura enim quiſque per ſe ipſe conſequetur, vbi in regiam aulam linguæ huius introductus fuerit. Teſtes eorum, quæ diximus, erunt plures diſcipuli, a nobis in Almæ Vrbis Gymnaſio ſuperioribus annis hanc linguam edocti intra breue ſex menſium ſpatium (quod mirum fortaſſe cuipiam videri poteſt) qui ſacros libros per ſe interpretari, conſtructionis, & orationis totius reddere cauſam, etiam de apicibus, accentibus, de mutatione punctorum in ſingulis vocibus diſſerere potuerunt, atque adeo ad Rabinorum etiam Commentaria, quæ punctis, & vocalibus carent, propius accedere non dubitarunt. Hoſce adhuc ſuperſtites Italos, Gallos, Hiſpanos, Belgas (quos ſuo quemque nomine recenſere poſſem) huius rei teſtes licet afferre. Quibus vt ex ſententia ſucceſſit noſtras has Inſtitutiones, ac docendi rationem ſecutis, cupio tibi etiam, eaſdem ſi fueris conſectatus, fæliciter euenire. Valete.

ALTE-

ALTERA AD LECTOREM PRÆFATIO
De Lingua ſancta Hebraica,
Ac breuis Inſtructio de Grammatica, & eius partibus.

MVLTI ſunt qui ab hac Lingua ediſcenda abſterrentur difficultate huius linguæ, quia aliquanto eis videatur alienior, quàm vel Græca, vel Latina. Et quidem non eſt alia ſub cælo, quæ ſimpliciorem habet rationem declinandi nomina, cum flexionem caſuum non habeat ſimpliciter de numero ſingulari in pluralem addita vna tantum ſyllaba flectatur. Duo tantum genera habet, Maſculinum, & Fœmininum. Compoſitionem non admittit. Pronomina declinantur Articulorum præpoſitione, in alijs accidentibus congruunt cũ nominibus. Verba quatuor habent Coniugationes, in quibus omnia verba coniugare licet; non enim ſingula ſingulorum ſunt coniugationum, vt apud Græcos, & Latinos. Duplicem habent numerum, addito duali, qui conuenit cum plurali: duo genera, vt nomina, & pronomina, maſculinum ſcilicet, & fœmininum: nullam admittunt compoſitionem ex præpoſitionibus, ſed omnia ſunt figuræ ſimplicis. Verba Perfecta vnam habent rationem coniugandi, ſed diuerſo modo punctatam, nam vt vnum verbum, ita reliqua omnia coniugantur. Imperfecta etiam ſuas certas formas habent. Sunt in Verbis tres Modi, Indicatiuus, Imperatiuus, Infinitiuus, qui in verbis Perfectis Imperatiuo forma eſt ſimilis. Coniunctiuus & Optatiuus ſub illis cõprehenduntur, & formantur per quaſdam particulas. Sunt ſimiliter tres perſonæ; Tertia, quæ eſt Thema, ſecunda, & prima. Et ſi multa ſunt verba ſimplicia in hac Lingua vt omnium locupletiſſima, tamen vt videre licet in Dictionarijs, illa coniunctio, quæ inter illa eſt, aut contrarietas facit, vt ipſorum ſignificatio facillimè, & cognoſci, & memoriæ quoque mandari, ac retineri poſſit. Nec ſtudioſus turbetur varietate ſignificationum, quam in alijs linguis Compoſitio gignit, aut Dictionaria cum Iudæorum, tùm noſtratium æmulorum ſæpe vni themati per imperitiam aſcripſerunt, ſed multa verba ſæpe vnam tantum habent ſignificationem, quæ vt forma parum, ita modo ſignificandi variant. Participia declinantur more nominum; & non raro omiſſo tempore in nominum naturam tranſeunt. Partes denique indeclinabiles (ſub quibus Aduerbia, Præpoſitiones, Interiectiones, Coniunctiones complectuntur) iſta lingua paucas habet, ideo facile vſu perdiſcuntur.

Poſtquam ergo iuuentus fundamenta iecerit linguæ Latinæ tùm

Græcæ, & Sacra Theologiæ ac Philoſophia, aſſuefacienda eſt ad hoc ſtudium Hebrææ lingua, vt Sacram Scripturam rectius intelligere diſcat, & ad poſteritatem tranſmittatur, nec extinguatur lux Verbi Dei, ſed ſtudio linguæ huius accendatur, & tanquam pabulo alatur; & denique vt Hæreticorum, Iudæorumq. argumentis ex ipſius linguæ penetralibus deſumpta; deſtruantur iiſdem te-lis, & confodiantur. Ad cuius ſtudium, & amorem inuitare illos debet huius linguæ gloria ingens, quod ab alijs linguis nihil vendicet, aut mutuetur, per ſe non modo ditiſſima, ſed etiam copioſiſſima. E contra aliæ multas ab illa voces mutuantur, & inopiam ſuam multis tegunt præpoſitionum compoſitionibus. Inſuper commendatio maxima Linguæ huius eſt, quod cum omnes aliæ linguæ quælibet ſuum habeant contagium, quo iuuentus facilè inficitur, ac mores bonos colloquia mala, tamen hæc ſola de Deo vero, de veris cultibus Dei docet, præcipit timorem, fidem, veram inuocationem, obedientiam, patientiam, & cæteras virtutes, quæ in decalogo præcipiuntur. Prohibet idolatrias, & inconceſſas libidines, & commixtiones, ponit ob oculos exempla iræ Dei in ſceleratos. Ideo hoc nomen, & iſtum titulum præ omnibus alijs linguis meruit, quod dicatur, & ſit re vera Lingua Sancta, *& caſta, modo vites dogmata, & enarrationes iniquorum Rabbinorum, quæ præter corruptelas Sacræ Scripturæ etiam horribiles blaſphemias contra Chriſtum, contra intemeratam Virginem Mariam Matrem eius, contra Doctrinam Euangelij, contra articulos fidei noſtræ Catholicæ, contra Sacramenta, adeoque contra vniuerſam religionem Chriſtianam non parum etiam obſcenitatis, & ſpurcitiæ continent, ſicut norunt omnes, & teſtabuntur, qui in illis verſati ſunt, eaſque nos commemorare pudet. Accedat præterea facilitas, de qua ſuprà diſſeruimus. Tum denique neceſſitas illius addiſcendæ, quia cum contra reliquias Hebrææ gentis nobis pugnandum erit, & contra aduerſarios veritatis, qui in hac lingua ſtudent tantum eo conſilio, vt ex ea patrocinia quærant ſuæ impietatis, & contra eoſdem propugnãda fides, & religio noſtra de Diuina eſſentia in tres perſonas diſtincta; de altera perſona, quæ eſt filius Dei, ab æterno Patre genita, per quem condita ſunt omnia, qui ex Virgine homo natus, & factus, victimaque, qua placatus pater cæleſtis, cuius morte, & ſanguine, merito & gratia iuſtificati ſunt omnes homines. Itẽ de Spiritu Sãcto tertia perſona in diuinis, quod is ſanctificet, viuificet, foueat, doceat, conſoletur Eccleſiam, & in ea lucem, & inuocationem accendat. Cum ſcripta Apoſtolica Iudæi non recipiant, ex propheticis clara teſtimonia ſumenda ſunt, quibus tres illæ perſonæ diuinitatis probandæ. Verum etiam omnes articuli fidei Symbolici Apoſtolici, adeoque tota, & in-*

Vtilitas linguæ ſanctæ pro Eccleſia.

Hebraicæ linguæ peculiaris gloria.

& integra Doctrina *Chriſtiana religionis confirmanda erit. Ad hanc rem pertinet non mediocris cognitio Lingua Hebraica, vt Rabinorum corruptelas intelligas, & genuinam vim vocum ſignificationem, tum phraſium naturam, & vim oſtendere, & cauillationes ipſorum confutare poſſis. Has iam dictas cauſas ſi quis diligenter conſiderauerit, cur diſcēda ſit Theologo lingua hebraica intelliget, quam ſit neceſſaria ipſius cognitio, ita vt ſine ipſa nec libri Veteris, nec Noui Teſtamenti recte intelligere poſſit. Et ideo in Eccleſia inde ab initio in hunc vſque diem in tot, & tantis Imperiorum, & regnorum ruinis, etiam vaſtationibus, conſeruata eſt haud dubiè diuinitus, vt ex ea cognoſcatur, ipſe Deus quis, & qualis ſit, qua ipſius voluntas, quis condiderit mundum, per quem, & quo modo, & in quem finem condita ſit vniuerſa creatura, & ipſe tandem homo. Item quod hac lingua filius Dei legem in paradiſo, & poſt lapſum vocem Euangelij primis noſtris parentibus è ſinu Patris protulerit, quo ex morte vita reſtituti ſunt per fidem in eum. Et deinde perpetua temporum ſerie per Prophetas ad Eccleſiam locutus eſt, ideo nec Moſen, nec Prophetas, nec Chriſtum, nec Apoſtolos quiſquam intelliget hac lingua loquentes, nec poterit tueri verum, & ſanum intellectum cæleſtis doctrinæ contra Aduerſarios, niſi huius præſidio linguæ. Quam vt in poſterum etiam Deus Eccleſiæ ſuæ ſanctæ conſeruare velit, orandum eſt ſemper.* Ex quodam Authore.

FRANCISCVS PAVLINVS FLORENTINVS

Ad Benedictum Blancuccium Romanum Sac. Theol. Profeſſorem.

Abdita ſacra diu nobis monumenta priorum,
Excelſi genuit quos Salomonis humus
Pandis; & ante alios Iouis alitis inſtar ad alta
Tendis, & excelſum condis in aſtra caput.
Qualis apis campis hybleis nectar ab omni
Flore legens, gratum conſtruit inde fauum.
Omnia, quæ patres olim texere libellis,
Colligis, Hebraicum perficis ipſe decus.
Dum Cererem campi mittet, dumq. æthere ſtellæ
Aſtabunt, aderit nomen, honorq. tui.
Felices, quibus hæc aderint pia munera Libri,
Eloquium dabit hic, ſed modo lingua polum.
In cunctas diffuſa tua eſt ſapientia terras,
Et retinet nomen Solis vterq. latus.
Tempus edax terit omne; tuus ſed ſæcula cuncta
Quo mage lapſa fluent, hoc mage ſurget honos.

FRANCISCI PAVLINI

Ad eundem.

EXASTICON.

Hebraicæ ſyluam Linguæ, cæcoſq; receſſus
Digeris, in latam reſtituiſq; viam.
Atq; aperis ſecreta, licet multa ante vetuſtas
Ediderit, clarum, te duce, at omne viget.
Qui breuis obſcurus: facilis trahit omnia longe;
Hoc vno in libro candor vterq; micat.

SEBASTIANI PAVLINI FLORENTINI

EXASTICON.

Ad Eundem.

Aetherei quiſquis miraris dogmata Regis,
Et cupis excelſas mente ſubire fores,
Hinc via, nunc liber hic ducit te ſydera ad alta;
Per hunc ſi relegas tot monumenta Dei.
Gratia ſed BENEDICTE *tua eſt, ſi pectora noſtra*
Inſolito fructus nectare plena dabunt.

INDEX

INDEX HVIVS OPERIS.

DE Pronunciatione, & modo legendi. & primo

1 De
- De Figura, Numero, & Poteſtate Litterarum.
- Diuiſione Litterarum.
- Litteris Quieſcentibus.
- Litteris Duplicibus.
- Litterarum permutatione.
- Notis Numerorum ex Litteris.

2 De
- Punctis, Vocalibus, ſiue Motionibus.
- Differentia longarum, & breuium.
- Raptis, ſeu Compoſitis.
- Cognatis, ſeu permutabilibus.
- Camèz chatùph.
- Sceuà Quieſcente, & Mobili.
- Eiuſdem lectionis, & pronuntiationis modo.

3 De
- Dàgheſc, quod eſt Triplex. { Forte. Lene. Ornatus.
- Raphè.
- Mappich.

De Verbo, prima ſcilicet parte Orationis Hebraicæ.

4 De Accidentibus Verbo, ſcilicet
- Radice.
- Speciebus.
- Coniugationibus.
- Modo.
- Tempore.
- Perſona.
- Affixo, de quo infra.

5 De Verbo Perfecto, quod inflectitur dupliciter
- Simpliciter, ideſt nulla exiſtente gutturali.
- & vna, vel duabus, vel tribus gutturalibus radicalibus.

6 *De Verbis Imperfectis, & primo*

De Defectiuis
- Pè Nùn.
- Pè Iòd.
- Pè Làmed.

De

7 De Quieſcentibus
- Pè Aleph.
- Pè Iòd.
- Hàijn Vàu, vel Iòd.
- Làmed Aleph.
- Làmed Hè. ꝙ
  - ſimpliciter, cum vltima tm̃ gutt. infle&itur.
  - & cum radd. guttural.

8 De Duplicantibus, quæ continent vnicam ſpeciem.

9 De Compoſitis
- Pè Nùn Làmed Aleph.
- Pè Nùn Làmed Hè.
- Pè Iòd Làmed Aleph.
- Pè Iòd Làmed Hè.
- Pè Aleph Làmed Hè.
- Pè Nùn Làmed Nùn.
- Quatuor, vel Quinque litterarum.

10 Tabella Vocum Compoſitarum ex pluribus Coniugationibus (ſecundum quoſdam) ſiue Heteroclitarum.

De Nomine ſecunda Parte Orationis.

1 Et primus, de diuiſione Nominis in plures ſpecies.

2 Deinde de Nomine
- Rei.
- Tòar.
- Verbali, ſiue Actuali.
- Gentilitio.
- Diminutiuo.

3 De Nomine
- Perfecto.
- Imperfecto, ꝙ ſubdiuiditur in
  - Imperf. ſine litteris addititijs.
  - & Heemanticũ.

4 De accidentibus Nomini
- Genere.
- Numero.
- Varia declinatione.
- Regimine.
- Articulis.
- Formatione, &
- Affixo.

5 Tabulæ
- 1 Vocalium combinationis diuerſæ.
- 2 Fœmininorum pluriſyllaborum in Hè.
- 3 Deſinentium in Tàu.
- 4 Heemanticorũ
  - Perfectorum
  - Imperfectorum
  - Verborum.
  - Quatuor, vel quinque litterarũ.
- 5 Monoſyllaborum, & aliorum generum.

De

6 De cauſis mutationis punctorum ob
- Regimen.
- Numerum pluralem.
- Genus fœmininum.
- Litteram Paragogicam.
- Accentum Pauſatiuum.

De Affixo.

7 De mutatione in Perfectis diſſyllabis ex affixo.
Quæ vocales mutabiles, & in quas.

8 De mutatione in Nominibus fœmineis in ה & in fœmineis in ת definentibus.
De mutatione in Nominibus Imperfectis, generis maſc. vel fœm,
De mutatione Monoſyllaborum deductis à Perfectis, & Imperfectis, & generis maſculini, vel fœminini.
De mutatione in nominibus quatuor, vel quinque litterarum.

9 *De Affixis Verborum.*

Quomodo affigantur, mutent puncta, & ſignificent.

De Affixis
- Præteriti — Infinitiui
- Benoni — Imperatiui, & — Kâl.
- Pâhul — Futuri

10 De Affixis
- Pihèl in ſuis temporibus.
- Hiphil & denique
- Imperfectorum, in quibus eſt difficultas.

De מִלָּה *tertia Parte orationis Hebraicæ.*

1 Quæ cōplectūtur partes indeclinabiles, de
- Præpoſitionibus.
- Aduerbijs.
- Coniunctionibus, &
- Interiectionibus.
- Et earum omnium Affixis.

2 De Pronominibus Separatis, & Relatiuis.
3 De litteris Seruilibus.
4 De litteris Paragogicis, ſeu Addititijs.
5 De Accentibus.
6 De Numeris.
7 De modo inueniendi Radices.
8 De Arte Poetica.
9 De Syntaxi.
10 De Abbreuiaturis, quibus Rabini vtuntur.

INSTITVTIONES IN LINGVAM SANCTAM HEBRAICAM.

Authore

R. D. BENEDICTO BLANCVCCIO
Romano, Sac. Theol. & Philoſophiæ Doct.
ac in Almæ Vrbis Gymnaſio eiuſdem
Linguæ Profeſſore.

DE PRONVNCIATIONE, ET modo legendi. & primò,

De figura, numero, & poteſtate Litterarum, quæ אוֹתִיּוֹת *Hebræis dicuntur.*

HEBRÆORVM Litteræ nomine, & numero duæ & viginti ſunt, omnes cõſonantes, & mutæ; nõ enim proferuntur, vel aliquid ſoni habent, niſi uocales illis affigantur, quæ dent illis aliquem ſonum, a, e, i, o, &c.

A.	àleph	אָלֶף	א	I.	1
Bet V	Bèth	בֵּית	ב	II.	2
G, & gh	Ghìmel	גִּימֶל	ג	III.	3
D, & dh	Dàleth	דָּלֶית	ד	IIII.	4

He	Hè	חֵא	ה	V.	5
V	Vàu	וָו	ו	VI.	6
Z	Zàin	זַיִן	ז	VII.	7
Ch	Chèt	חֵית	ח	VIII.	8
Tt	Ttèt	טֵית	ט	IX.	9
I	Iòd	יוֹד	י	X.	10
Ç, & ch	Càph	כַּף	כ	XI.	20
Ch	Chàph,finalis		ך		500
L	Làméd	לָמֶד	ל	XII.	30
M	Mèm	מֵם	מ	XIII.	40
	Mèm,finalis		ם		600
N	Nùn	נוּן	נ	XIIII.	50
	Nùn , finalis		ן		700
S	Sàmech	סָמֶךְ	ס	XV.	60
Ng	Àin, vel nghain	עַיִן	ע	XVI.	70
P	Pè , & Phè	פֵּא	פ	XVII.	80
	Phè,finalis		ף		800
Ts	Zàde	צָדֵי	צ	XVIII.	90
	Zàde,finalis		ץ		900
C	Còph	קוֹף	ק	XIX.	100
R	Rèſc	רֵיש	ר	XX.	200
Sc	Scìn	שִׁין	שׁ	XXI. qñ pũctatur in dextro cornu ſc,	300
S	Sìn	שִׂין	שׂ	quando punctatur in ſiniſtro ſ.	
T, th	Tàu	תָּו	ת	XXII.	400

Quantum ad figuram octo & viginti ſunt ob duplices, ſimileſq. litteras, de quibus, & earum officijs infra. Quid vero ſignificet אָלֶף & בֵּית &c. vide Pagninum lib. 1. Inſtit. cap. 3. Mart. Gilbertum de litter. hebr. cap. de ſignificatione ex litterarum natura, poſt D. Hieronymum, & Abulenſem in Galeato. Adde Illuſtriſs. Card. Bellarminum in Inſtit. Paulum Scaligerum in Epitomio Cathol. lib. 12. pag. 563. & 764 Georg. Venet. lib. probl. tom. 1. ſect. 1. probl. 5. Ioannem Goropium in ſua Hieroglyphica.

Priores in ordine vocantur litteræ מְרוּבָּעוֹת Quadratæ, eo quod ſint plenæ myſterijs: vt videre eſt apud Nebriſſ. ſuper Pſal. 103. Vel ad differentiam litterarum ſeu characterum, quibus Hebræi vtuntur hodie in priuatis negotijs, & in Commentariis, quæ etiam dicuntur Curſiuæ (ex Elia) eo quod currenti calamo ſcribantur, quarum formam habes infra in Tabula.

¶ Antiquarum figura diuerſa eſt, prout ex Numiſmatibus antiquis tempore Môſis excuſis, & ex eiuſdem Siclis ſanctis & prophanis illius temporis, necnon a Salomone impreſſis, a nobis diligenter lectis, conſideratis, & explicatis, patet; Seruantur vero Venetiis, & Romæ apud R. D. Lælium Paſqualinum Canonicum Baſilicæ Sanctæ Mariæ Maioris tùm argentei, tùm ænei. Et præcipuè ex R. Azaria a nobis ex hebræo in latinum conuerſo, apud Apparatum in Ezechielem prophetam editum a R. P. Ioanne Baptiſta Villalpando. Et eſt ſecunda in ordine.

Ante tranſitum verò fluuii tradunt etiam diuerſam fuiſſe formam, vt habes in tabula quarto loco.

De quarum omnium Inuentoribus, Temporibus, & mutatione, quicquid alii aſſerunt, id puto nullo certo aſſeri fundamento, ſed probabilioribus niti rationibus. Quod verò aſſeritur ex Siclorum, & Numiſmatum formis, d etiam probabile eſt. Sed potuiſſe mutari, neque hos eſſe primos illos characteres inuentos ab Adàm, Sèm, & ſuis ſucceſſoribus, Patet primò ex vario rerum ſucceſſu. Secundo ex mundi ipſius creſcentis perfectione, quæ ei debita eſt naturaliter, neque peccati pœna originalis id potuit impedire. Tertio, quia nulla etiam varietate, ſeu rerum mutatione facta (ex diluuio, bellis, & aliis de cauſis) potuit variari ab ipſis doctis forma ipſa litterarum ſanctarum ab Adamo inuenta; Necnô cum deficerent a Dei cognitione, & religione, voluiſſe illos, qui Gen. 6. appellantur filii Dei (ideſt Religioſiſſimi, itemq ſapientia præditi) occultare myſteria, & hoc genus loquendi linguæ ſanctæ, ſanctiuſq. ſcribendi, quod erat in patria perficiendum. Verum, vt dixi, probabilitati nititur. Antiqua certe & ſancta lingua, qua Deus Adam, & Adam Euaq. Deum allocuti ſunt (de qua ſacra Geneſis, & de qua Ioſephus lib. 1. antiq. c. 4 Lud. Viues ad cap. 39. lib. 18. de Ciu. Dei, & denique qua in patria vtuntur Sancti, iuxta communiorem Theologorum ſententiã ex Soph. 3. quia ibi conuertam, &c.) ſuos vt habuit charactères; ita etiam deinceps mutatos fuiſſe probabilius eſt quàm quod alii aſſerunt de antiquitate horum charactèrum, & alterius anterioris linguæ, ſeu poſterioris. Nam ipſa lingua Itala, quæ vulgo deſeruit vice Latinæ, & Gallica, itemque Hiſpanica, & cæteræ linguæ varios habent charactères, quibus a peritis illarum ſcriptoribus quotidie deſcribuntur. Quid deinde aſſerere dubitemus circa Hebræam, ſi varios caſus gentis, & familiæ erga Deum religioſæ, quos Diabolico furore ab Adàm & Abèl mitiſſimo vſque ad Noè, a Noè vſque ad Abraamum, ab Abraamo vſque ad Moſen, a Moſè vſque ad Salomonem, a Salomone ad Eſdram vſque & Zerobabelem ſacra Nota

familia perpeſſa eſt,& diuini ſcriptores? Eſdras namque ſub captiuitate Babylonica poſt captam Hieroſolymam,alios etiam,quibus nunc vtimur(teſte D Hieronymo in Prologo Galeato,& in Ezech.c.9.& Sanhedrin cap.4)adinuenit, ne omnino diuina oracula abolerentur. Sub captiuitate enim Babylonica linguam ſanctam ipſis naturalem, & hebræos charactères in dies magis ſermonem polluentes ex commiſtione inter gentes amiſerunt. Patet ex Eſa.36 vbi ait Eliachim, loquere nobis ſeruis tuis Syriace non Iudaice coram populo, &c.

דַּבֶּר־נָא אֶל־עֲבָדֶיךָ אֲרָמִית וְאַל־תְּדַבֵּר אֵלֵינוּ יְהוּדִית

Ex Genebr. in Chron. Vnde ſicuti pro comperto eſt habendum ante Seth, Adamum eaſdem litteras, & charactères a Deo Opt. Max. habuiſſe: ſic filios Adæ, & nepotes illius, & pronepotes(quos viuos ante ſe vidit,& docuit etiam ſancta myſteria)poſteris inuulgaſſe: Deinde vero religione diuina turbata & decreſcente, eos vel periiſſe, vel ceſſaſſe, vel mutatos in alios fuiſſe, diuina prouidentia ſic ordinante. Vt quoniam gens illa a religione, & fide Meſſiæ caſura erat,ſic omnibus bonis priuaretur,ſua in primis linguæ cognitione naturalis. Et vt coniicit Georgius Venetus ex Soph. 3.Quia hæc lingua futura erit vltima in fine mundi; & Bonau. in ſua præfatione ad Aramæam comparationem, qui ait in æternum duraturam, & permanſuram vnà cum ipſo Dei verbo, ac proinde in patria quoque futurā, vbi aliquis erit ſermo vocalis; iuxta illud Pſal. 149 Exaltationes Dei in gutture eorum,& idem tradunt Theologi in 4.d.49.art.5. Dominicus Sotus ibidem. Maior etiam quem refert, & ſequitur Michael de Palatio in 3.diſput.31.& 32. diſput. vnica, pag. 374. col.1. aſſerens hebræam linguam in patria futuram.

Quod vero quidā controuertunt,an Syra ab Hebræa vel Hieroſolymitana effluxerit;vel quæ prior fuerit,& ſit;& qua primū lingua ſcripta ſacra Biblia; quæſtio eſt inutilis,& inelegans. Sacra.n.Hebræa,quæ ſola rationes reddit vocabulorū,& nominū impoſitorū ab Adàm ſapientiſſimo ex diuino beneficio,ea prior eſt cæteris,vt patet ex omnibus nominibus rerum,& maximè propriis virorum, ex Adàm,Euà,Càin,Abèl,Sèth,Enòch,& ſexcentis aliis, maximè primogenitorum,in quibus illud ſemen benedictū,quod contorqueret caput ſerpētis antiqui,expectabatur. Quam etſi Hebræi noſtri tēporis ex parte ignorant,non tamen a lingua ſeiungenda eſt,cum ſit dignitas illius,& excellentia,quæ oſtendit, & probat eiuſdē antiquitatem,dignitatem,& perpetuitatem.Patet ex nominibus IESV, MIRIAM, Chephà,quæ vt hebraica ſunt, ſic continent ethymologias illas tanto ſeruatore, & ſeruatrice digniſſimas, de quibus multi, & præcipuè F. Archangelus de Burgo nouo Placentin. Min.Obſer. ex quo ſolo authores contrariæ opinionis refelluntur.

Nominum apud Hebræos Ethymologia, ſeu ratio nominis in nominibus propriis,& rerum quarumcunque.


Et quidem de myſteriis nominum propriorum hæc ait Diuus Chryſoſtomus ſuper Lucam, relatus a Diuo Thoma in Catena in Euangel. & Gloſſa ibi; ait enim: Quia vero hæc pars Euangelii conſiſtit in ſerie nominum,nihil pretioſum exinde acquiri exiſtimant.Ne igitur hoc patiamur, experiamur etiam hunc paſſum ſcrutari. Eſt enim ex nudis nominibus copioſum haurire theſaurum,quia plurium rerum indicatiua ſunt nomina:nam & diuinam clementiam, & oblatas a mulieribus gratiarum actiones ſapiunt. Cum enim filios impetrabant, nomen imponebant a dono.Gloſſ. Interpretatur igitur Eli,Deus meus,vel Scandens. Qui fuit


fuit Matàth,ideſt,donans peccata: Qui fuit Leui, ideſt, additus: qui fuit Melchî, ideſt Rex meus: qui fuit Iannè, ideſt dextra: qui fuit Ioſèph,ideſt accreſcens:(fuit autem alius iſte Ioſeph) qui fuit Matathiæ,ideſt donum Dei: qui fuit Amos,ideſt onerans,vel onerauit: qui fuit Nahùm, ideſt conſolatio, vel conſolator: qui fuit Hesli,ideſt adiuua me: qui fuit Naggè, ideſt meridies, vel meridianum: qui fuit Nahàt,ideſt deſiderium:qui fuit Matathiæ,vt ſupra: qui fuit Sèmes, ideſt obediēs: qui fuit Ioſeph,ideſt augmentum: qui fuit Iuda,ideſt confitens: qui fuit Ioannàn, ideſt dominus,vel gratia eius,vel miſericors dominus:qui fuit Reſà,ideſt miſericors:qui fuit Zorobabel,ideſt princeps,vel magiſter Babylonis:qui fuit Salathièl, ideſt,petitio mea Deus:qui fuit Neri,ideſt lucerna mea:qui fuit Melchi,ideſt Regnum meum:qui fuit Addi,ideſt robuſtus,vel violentus: qui fuit Coſaz, ideſt dominans:qui fuit Elmadàn,quod eſt menſura Dei:qui fuit Her,ideſt vigilans vel vigilia,vel pelliceus: qui fuit Ieſu,ideſt Saluator: qui fuit Eliezer, ideſt Deus meus adiutor: qui fuit Ioràm,ideſt Dominus exaltans:qui fuit Simeon,ideſt audiuit triſtitia, vel ſignū:qui fuit Iudà,vt ſup. qui fuit Ionà,ideſt Colūba,vel dolēs:qui fuit Eliachim, quod eſt Dei reſurrectio: qui fuit Melcha,ideſt rex eius:qui fuit Menna, quod eſt viſcera mea: qui fuit Matathia,ideſt donum Dei:qui fuit Natan,ideſt dans,vel dantis, vel dedit: qui fuit Ieſſe; Gloſſa:Interpretatur Dauid, manus fortis, Ieſſe incenſum:qui fuit Obeth,quod eſt ſeruitus,vel ſeruiens:qui fuit Booz,id eſt fortis: qui fuit Selmon, quod eſt ſenſibilis,vel Pacificus: qui fuit Naaſòn, quod eſt augurium,vel ſerpentinus: qui fuit Aminadàb,ideſt populus voluntarius: qui fuit Aràm, ideſt erectus vel excelſus: qui fuit Eſron,ideſt ſagitta: qui fuit Phàres, ideſt diuiſio: qui fuit Iuda,ideſt confitens: qui fuit Iacòb, ideſt ſupplantator: qui fuit Iſaac, quod eſt riſus,vel gaudium: qui fuit Abraham, ideſt pater multarum gentium,vel videns populum: qui fuit Thàre, ideſt exploratio,vel nequitia: qui fuit Nachòr,ideſt requieuit lux: qui fuit Serùch, quod eſt corrigia,vel comprehēdens lorum,vel perfectio: qui fuit Ragù, quod eſt ægrotus vel paſcens: qui fuit Phàres,ideſt diuidens vel diuiſum:qui fuit Hèber,ideſt tranſitus: qui fuit Sàle, ideſt tollens: qui fuit Cainàn,ideſt lamentatio,vel poſſeſſio eorum: qui fuit Arphà, ideſt ſanans depopulationem: qui fuit Sem,ideſt nomen,vel nominatus: qui fuit Noè,quod eſt requies:qui fuit Lamèch,ideſt humiliatum, vel percutientem, percuſſum,vel humilem:qui fuit Mathuſalèm,ideſt mortis emiſſio,vel mortuus eſt, & interrogauit: qui fuit Enòch,ideſt dedicatio: qui fuit Iàred, ideſt defendens, vel continens,vel deſcendens:qui fuit Maalalèl,ideſt laudatus Dei,vel laudans Deum: qui fuit Cainàm,vt ſupra:qui fuit Enos,ideſt homo deſperans, vel violentus: qui fuit Sèth,quod eſt poſitio,vel poſuit: qui fuit Adam,quod eſt homo,vel terrenus, vel indigens:qui fuit Dei. Quid pulchrius iſta genealogia? Quid magnificentius hac nominum interpretatione? quæ vero alia lingua id ſibi vendicet? Cedat ergo,& cedat nox diei, luci tenebræ. Plures ethymologias vide apud eundem ſuper Matth.

Forma litterarum omnium, ſeu Characterum antiquorum & recentiorum,tum ſacrorum,tum prophanorum.


Quadrata

Hebræorum Arabum, Hiſpanorum, Italorum. | Antiquæ poſt tranſitum fluuij. | Antiquæ ante tranſitum. | Quadratæ & tacita modo







Ineffabile Dei Nomen.




Siclorum et Numiſmatum Litteræ, ſeu Inſcriptiones.



Itali Rabini ſic connectunt.



Arabes et Theſſalonicenſes.



De Diuiſione Litterarum.

Primo diuidũtur iuxta prolationis inſtrumẽta, vt

quædã dicãtur	חַשְׂפָת	אוֹתִיּוֹת Litteræ	Labij	בּוּמַף
	חַשִּׁנַּיִם		Dentium	זַסְשְׁרָץ
	חַלָּשׁוֹן		Linguæ	דַטְלְנַת
	חַחֵיךְ		Palati	גִּיכַק
	חַגָּרוֹן		Gutturis	אַחְהַע quas

Elias Germanus vocat מְבַלְבְּלִים ideſt, Cõfundentes, ſiue Confuſorias: ſuarum enim exceptionum varietate, & difficultatibus vniuerſam linguæ ſanctæ Grammaticam confundere, inuoluere, & difficilem reddere videntur.

Secundo diuiduntur quoad diuerſa munera, & proprietates. Quædam enim ſunt *Radicales* tantum, hoc eſt, litteræ radicis, ſeu Thematis, & ſunt vndecim נַט חֵסֵר קֶצֶר וַעֲף

Quædam ſunt miniſtrantes, ſeu deſeruientes, & *ſeruiles*, vel miniſteriales, quia etſi vt ſuperiores ad ſubſtantiam, & eſſentiam thematis vel Radicis pertineant, concurrant, & aſſumantur, frequentius tamen deſeruiunt, & ancillantur varijs muneribus; fungentes quandoq. loco Præpoſitionum, loco Aduerbiorum:

Ad conſtituendas Perſonas, Tempora quoque & Genera, Affixa inſeparata, & Numeros ſingulares, vel plurales formandos.

Hæ poſſunt eſſe Radicales, & ſeruiles; priores vero ſemper radicales, nunquam ſeruiles. Vocãtur hæ נוֹסָפוֹת *additæ*, vel שִׁמּוּשִׁיּוֹת ideſt,

Mini-

Miniſteriales, & *ſeruiles*. Sunt autem vndecim, אֵיתָן מֹשֶׁה וְכָלֵב Ex his

א ל ב & ש ſeruiunt in principio tantum.

כ נ ה ם in principio,& in fine.

ו י ת in principio,medio,& fine.

ב כ ל ם deſeruiunt loco præpoſitionum,vt Infinitiuis adiungantur, & ſuppleant vicem Gerundiorum,quibus hebræi propriè carent. Sed de ſeruilibus,earum punctatione,& proprijs muneribus in fine Grammaticæ latius agemus.

De Litteris Quieſcentibus.

א ה ו י Hæ quatuor litterę dicuntur נָחִים *quieſcẽtes*,quia aliquando, & ſemper,quando non habẽt ſub ſe vocalem,quieſcunt,ideſt non mouẽtur, nec proferuntur vllo ſono. Idquè ad differentiam cęterarum, quæ licet non habeant ſub ſe vocalem, tamen trahuntur,& proferuntur,& edunt ſonũ, vt יָבֵר, reſc in hoc loco trahitur, & ſonat, ſed in יָלָה, He quieſcit,nec profertur.

Vt autem hoc recte percipias.

Nota,quod omnis littera apud hebræos,vel mouetur,& profertur; vel trahitur ad ſonum præcedentis,vt conſonans apud nos, & ſemiuocalis; vel denique quieſcit. Nota

Mouentur omnes, quę affiguntur puncto quocunque, vt

אֶ בְּ גִ דוֹ הֻ וָ זֵ חֶ טוֹ לֹ מַ נוּ סֹ פֶּ &c.

Pe ſo nu ma lo to che ze va hu do ghi be ha

Trahuntur vero omnes præter quatuor, א ה ו & י

אָכ au	יֵט iet	פַּס pas
פַּג pag	מוּל mul	אַז az
מֵד med	אֵם em	חֵיק chec
גֵז ghez	הֵין en	פַּת pat,&c.

Quieſcunt demum tantum quatuor ſupradictæ.

א quieſcit in fine dictionis, poſt · vt צָבָא tſauà, poſt · vt כִּסֵּא chiſsè, poſt chìrech, vt בָּרִיא Barì, & poſt cholem vt יָבוֹא Iauò.

In medio poſt chòlem, vt יֹאכַל Iochàl, poſt patàch ו vt וַאדֹנָי Vadonài, poſt ſegòl, vt וֶאלֹהִים Veloìm.

ה Hè vero in fine quieſcit poſt zère vt אַרְיֵה arièh, poſt camèz vt גָּלָה galà, poſt chòlem vt גָּלֹה galo, poſt ſegòl, vt פֶּה pè, poſt patàch, vt מַה ma: Et regulariter Aleph, & Hè ſemper quieſcunt, quando non habent ſub ſe punctum. Verum ה vbi inueneris in fine dictionis habere in ventre punctum, poſt vocalem longam legitur, & profertur vt תָּמָהּ Thamaàh, quod ex præceptoris voce facilius aſſequeris. vocaturq. Hè Mappichatum a puncto מַפִּיק ideſt, *eductor*, quaſi enim educit litteram Hè ad ſonum precedentis vocalis magnę.

ו Vâu quieſcit in medio, & in fine tantum ſub

chò-

chòlem,vt אַרְיֵן. Addunt quidam poſt ſciùrech, ut גָּלוּי hoc autem non bene, quia ſic ſignata, ſemper eſt vocalis ſciùrech.

Trahitur Vâu tanquam vocalis in diphtongo poſt camèz,vt תָו tàu,poſt zère vt, גֵו ghéu, poſt patàch,vt קַו cau,poſt chìrech mag. vt זִיו zíu, etiamſi intercedat iòd, vt רְבָיו ràu, כִּסְלֵיו chisleu.

י Iod vero in medio quieſcit poſt camèz רְבָרָיו,poſt zère רִבְרֵיהֶם,poſt ſegòl רְבָרֶיךָ,poſt chìrech,vt יָמִים.

In fine poſt chìrech in fine dictionis poſito, vt אָמַרְתִּי אֲנִי בְּלִבִּי Eccl. *3*. poſt zère vt דִּבְרֵי

Trahitur vero tãquam vocalis in diphtongo poſt camèz, vt חַי chai, poſt patàch שְׂפָתַי ſephatai, & poſt chòlem, vt גּוֹי; etiamſi intercedat vàu quieſcens, & poſt ſciùrech, vt גָּלוּי.

Diphtongi, vt ego ſentio, apud Hebręos propriè non ſunt,quicquid dicant alij:non enim lingua ad alterius linguæ proprietates trahenda eſt.

De Litteris Duplicibus.

כ מ נ פ צ Hæ quinque litteræ duplices,quæ & *finales* vocantur, ך ם ן ף ץ inuentæ ſunt ad ornatum, & decorem ſcripturæ, vt quidam putarunt, ſed conſonantes, & myſterijs plenæ ſunt,contra eoſdem. Vocantur ab hebræis פְּשׁוּטוֹת quaſi extenſæ & explicatæ, ſolent enim extenſę in fine poni. Dicuntur etiam *duplices* ob duplicem figuram,vt vides,& vocantur כְּפוּפוֹת duplices ſeu reflexæ, vt אֵם & אָמַר: Sed prior mèm vocatur פְּתוּחָה aperta,ſecũda vero סְתוּמָה clauſa. Hæc ſecundum naturam & proprietatẽ harũ litterarũ deberet in fine ſemper collocari, nihilominus ם clauſa reperitur in medio apud Eſa. 9. לְםַרְבֵּה (ad multiplicãdũ) id quod nõ

Vacat myſterio; de quo Galat.lib.4.c.19.& lib.7.c. 23. (licet Torrerius in Eſa. malè prædictum myſterium irrideat.) de quo etiam Petrus Brutus aduerſus Iudæos: R.Hammày in lib. Sanhedrin, qui ex litteris illis colligebat tempus aduentus Meſſiæ, & Finus Finus contra hebræos lib.2.c.7.

Mem apertum מ etiam reperitur contra litterarum naturam in fine apud Eſdram lib.2.c.2.verſ.13. פְּרוּצִים הֵם hoc eſt, ipſi diruti, vel diſſipati, iuxta Vulg.

Nota, ſecundo, quod hę finales litteræ nunquam ſub ſe habent vocalem, præterquam duę ך & ן. Et quidem ך neceſſario habet ֶ vel : ſceuà, vt לָךְ & לָךְ, & in verbis aliquando recipit daghèſc, vt Pſal. 118. וְאוֹדֶךָּ & confitebor tibi. Nun ן habet aliquando ֶ vt תְּרַנֵּנָּה cantabitis וַתִּגַּשְׁןָ Gen.33.& 1.Reg.18. וַתֹּאמַרְןָ & ſcribitur dupliciter, vt vides; primo ſequendo litteram, deinde præcedendo & poſito kamètz paulo inferius, vt Gen. 19. 36. וַתַּהֲרֶיןָ & videtur eſſe quaſi ſub iòd. In his dictionibus deficit ה a ſyllaba נָה formatiua perſonę ſecundæ fœmin. plur. vt infra in formatione futuri.

De Litterarum, & Punctorum permutatione.

De his Pagninus lib.1.Inſtit. c.26.& 16. & Ioannes Gorop.in ſua hermatena, lib.9 pag.218.

Nota vero quod litteræ אהוי propriè vocantur מִתְחַלְּפוֹת permutabiles. Vnde vàu pro iòd, & iòd pro vàu, facit apud Hebræos lectionem variam, quam ipſi ſignant hac nota ° ſupra illam dictionē, vt patet ex librorum impreſſionibus varijs. idq. vocant קְרֵי כְּתִיב (a contrario ſenſu) *lege quod ſcriptum eſt*, ideſt lege aliter quam ſcriptum eſt; de quibus pluries Rabì Salomon, Rabì Aben Ezrà: Rabì Dauid Chimchi in ipſorum Commentarijs, & Sciaraſcim, ideſt Theſauro linguæ: Victoria Porchetti, Galatinus, Finus Finus, & alij. Reijcienda eſt tamen, quæ ab illis dicitur תִּקּוּן סֹפְרִים ideſt Correctio Scribarum, de qua in tract. de Regulis ad intelligend. ſacr. ſcript. quem nuper edituri ſumus.

Secundo: Aleph, & Hè pluries permutantur inter ſe, pręſertim in verbis in aliqua ipſarum litterarum; aut quando ex verbo nomen efficitur. quam tamen mutationem non multum refert ſcire, nec vllo ſymbolo notatur.

Hè porrò vice ה vel אה ſtat in fine dictionis, ac ſi ה eſſet in principio illius, vt Gen.28. וַיֵּלֶךְ פַּדֶּנָה quaſi לְפַדָּן & הַבֶּט־נָא הַשָּׁמַיְמָה

pro

pro לְחַשְׁמַנִּים Aliæ conſonantes ad inuicem permutantur, & præcipue hæ ſex שׂ ס: ז צ: ט ת *cognatæ* dici poſſunt, quia parum ſono differunt: ſæpe etiam permutantur, vt ſunt combinatæ. de quibus in Theſauro Pagn. in Radicibus שׂוּשׂ & שׂוּךְ & alibi.

Hæ exceptiones non ſunt principiò Tironibus tradendæ.

Sed exempli gratia.

א pro
- ה : מָלֵא amarum, Ruth 1.20.
- י : וְרָצָאתִי & placabor, Ezech. 43.27.
- ו : littera géminata בָּזְאוּ pro בָּזְזוּ diripuerunt. Eſa. 18. 2.
- ו : נְאוֹת pro נְוֹת habitacula. Ier. 23.10.

ג ב pro
- ס : שׂבֶךְ denſitas. 2. Sam. 18.9. ex R. Ionàh.
- ז : גֵּה iſte. Ezech. 47.13.

ו pro
- ה : הִזְדַּמִּנְתּוּן : conueńeritis. Dan. 2.9. Chaldaic. vox.
- ר : וְדֹדָנִים Rhodaním. 1. Paral. 1.17.

ח pro
- א : רְפָה ſana. Pſal. 60.3.
- ה : הֲנִיחָה requies. Thr. 3.48.
- י : מַלְאָכֵכָה nuntiorum tuorum. Nah. 2.13.
- ו : אָהֳלֹה tabernaculi ſui. Gen. 9.21.

ז pro
- ס : הַמָּזֶג mixtio. Cant 7.2.
- ר : הַבָּזָק fulmen. Ezech. 1. 14.
- ד : הִזַּכּוּ mundi eſtote. Eſai. 1. 16. ſed in hoc loco dàleth deficit; pro הִזְדַּכּוּ in hithpahèl.

ט pro
- ת : נִצְטַדָּק iuſtificabimur. Gen. 44. 16. de quá mutatione infra in hithpahèl.
- צ : נֹטֵרָה pro נֹצֵרָה, Cant. 1. cuſtodem.

' pro

י pro { ה : מַלְכֻיּוֹת regna . Dan.8.22.

כ pro { ק : בַּכּוֹשָׁרוֹת : in compedibus . pſal.68.7.
{ ג : וְכַנָּה : & hortum.pſal.80 . 16.alij aliter

ל pro { ב : לָאָרֶץ in terra . Iob.2.12.

ם pro { נ : וַיְגָרְשׁוּם & expulerunt eas . Exod.2.17.

נ pro { ם : מְלָכִין reges . Prou.31.3.
{ ל : הַנְּשָׁכוֹת cubicula . Nehem.12.40.
{ ה : אֶתְנַן merces . Ezech.16.33.
{ Pro מ littera geminata. תַּמְנוּ pro תַּמְמוּ conſumptę ſunt . Thr.3.2.

ס pro { שׂ : בּוֹלֵס colligens Ham. 7. 14.
{ ז : תָּבוּס pro תָּבוּז Prou.27.7.ſpernet.

ע pro { ח : עוּשׁוּ congregamini. Ioel 3.11.

צ pro { ז : יַחְפֹּץ feſtinabit . Iob 40.16.
{ ס : וְחוֹמֵץ & opprimens.pſ.71.4.alij negãt.

שׂ pro { ס : וּבִשְׂעָרָה & in turbine.Nahum.1.3.

ת pro { א : תַּלְפִּיּוֹת propugnacula . Cantic. 4. 4. è R. Ionah.
{ ה : שְׂפַת labium.Gen.11.7.

Sic punctum vnum pro altero ponitur,

Camèz pro patàch : chatèph camèz : chìrech: zère : ſegòl : ſciùrech.

Zère pro camèz : chìrech : patàch : & ſegòl .

Chìrech pro patàch: ſegòl: ſciùrech: camèz: zère.

Chòlem pro camèz : & catàph camèz .

Sciùrech pro chòlem : patàch : camèz .

Patach

Patàch pro ſegòl : camez : ſceuà : chìrech: zère.
Segòl pro camèz : patàch : chìrech.
Sceuà pro chìrech .

Hęc autem ֵ ִ ֹ & chòlē,eo quod frequenter vnum pro alio ſubſtituatur , dicuntur ab Hebręis נְקֻדוֹת אֲחָיוֹת , ideſt, puncta ſororia , ſiue germana.

Quæ punctorum inter ſe permutatio dicitur quibuſdam Antitheſis, vel figura,quæ dicitur Antiſtœchon : quam plerique non obſeruantes interpretes,anſam multorum cæperunt errorum .

Vel vt ait Rabi Aben Ezra ſuper Exod. c. 11.quia has grãmaticæ obſeruationes non obſeruant Prophetæ, ſeu Spiritus ſanctus loquẽs per illos, idcirco ſolent accidere litterarum & punctorum permutationes: prout apud latinos nec Poetæ limites grammaticæ , vel regulas ſemper ſeruauere .

Tertio nota , quod hę mutationes diuerſificant inflexiones Nominum,aut Verborum,ſed nomen quod ſcribitur cum vna,aliquando cum alia littera ſcriptum inuenitur : id quod linguæ ſanctæ copiæ & maieſtati tribuere licet , quod teſtatur Rabi Aben Ezrà ſuper Exod.11.cap. in ea verba : In media nocte.

De Notis Numerorum.

Omnem ſupputandi rationem Hebræi per haſce litteras indicãt, eiſq. vtuntur notis(non vt Latini, qui alijs notis vtuntur)quas Ciphras (vocabulo Hebraico corrupto) סְפִירָה hebraice vocamus , mutato ſ, in c.

Igitur diſtinguunt in Vnitates , Decades , & Centurias,& Miriades : ſignantq. hoc modo.

9	8	7	6	5	4	3	2	1	
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א	Vnitates
90	80	70	60	50	40	30	20	10	
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י	Decades
900	800	700	600	500	400	300	200	100	
ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק	Centurię,

vel

vel his inter ſe compoſitis.

1000	900	800	700	600	500
תתר	תתק	תת	תש	תר	תק

7000	6000	5000	4000	3000	2000	1000	
זא̈	וא̈	חא̈	דא̈	גא̈	בא̈	א̈	Millenariȩ.

Similiter additis decadibus, & centurijs fiunt decades, aut centuriȩ millenariæ, id quod apud Ialcût, ſeu Catenam Doctorum Hebb. in ſacra Biblia facile eſt agnoſcere.

V nitates ſic componunt.

19	18	17	16	15	14	13	12	11
יט	יח	יז	יו	טו	יד	יג	יב	יא

pro יה quia eſt nomen Dei, nec eo vti volunt in rebus prophanis.

	29	28	27	26	25	24	23	22	21	20
	כט	כח	כז	כו	כה	כד	כג	כב	כא	כ
	39	38	37	36	35	34	33	32	31	30
	לט	לח	לז	לו	לה	לד	לג	לב	לא	ל
	49	48	47	46	45	44	43	42	41	40
	מט	מח	מז	מו	מה	מד	מג	מב	מא	מ
	59	58	57	56	55	54	53	52	51	50
& ſic de alijs.	נט	נח	נז	נו	נה	נד	נג	נב	נא	נ

De nominibus numerorum infra, vbi de nomine, & varijs numerorum ſpeciebus agendum erit.

De Punctis, quæ נְקֻדּוֹת *ſeu V ocalibus quas* תְּנוּעוֹת*, ideſt motiones appellant.*

Quis fuerit Punctorum inuentor, non attinet diſputare. Illud ſatis clarum (auctore Elia leuita) ante Ezram, & compilationem Talmud, nec puncta, nec accentus vllos extitiſſe. Quod etiam patet, quia Hebræi ſacrum legis volumen in membranula ſcriptum ſine punctis, litteris vero quadratis, in modum rotuli ſeruant in ſuis ſynagogis, ſicq. ſuos hodie edunt libros typis curſiuis, vel minuta littera, vt ipſi dicunt, ac ſine punctis: quorum lectio pendet ex cognitio-

gnitione Grammaticæ, quæ tradit regulas affigendi puncta, & rationes eadem permutandi.

Illud nota, quod apud Hebræos littera cum puncto facit ſyllabam, modo non habeat ſceuà quieſcens: idq. ad verſus fingendos notandum eſt, vt ſcilicet pedes recte conſtituas. Fit etiam ſyllaba ex duabus conſonantibus, vt אָב au: אֵם em.

Vocantur item רְשָׁמִים ideſt impreſsiones, notationes, vel ſignationes. Item תְּנוּעוֹת ideſt motiones, aut motus; ijs enim littera mouetur, & profertur, ſeu imprimitur ſono aliquo, ex R. Elia Can. 3.

Vocales Diuiduntur

In גְּדוֹלוֹת magnas, ſeu longas, & קְטַנּוֹת paruas, vel breues: vel in מְלָכִים reges, & עֲבָדִים miniſtros & ſeruos.

Longæ.				*Breues.*		
Camèz	a	ָ	קָמֵץ	פַּתַח Patách	a	ַ
Tſére	e	ֵ	צֵירֵי	סְגוֹל ſegòl	e	ֶ
Chìrech	i	אִי	חִירֶק	חִירֶק קָטוֹן chirech chatòn	i	ִ
gadol			גָּדוֹל	חֲטֵף קָמֵץ chatèph		
Chòlem	o	וֹ אוֹ	חוֹלֶם	camèz	o	ֳ
Sciùrech	u	וּ אוּ	שׁוּרֶק	קִבּוּץ chibbùz	u	ֻ

Omnia puncta (etiam Rapta) ſubſcribuntur ad pedes conſonantium, excepto chòlem, quod ſupra ad latus ponitur, vt בֹּו bò, & ſciùrech, quod in ventre vâu, vt בּוּ bù.

Differunt Longæ à Breuibus.

Primò in prolatione, nam vocales longæ plenam, & apertam, ac viuam prolationem habent, & ideo aperto ore proferuntur. Breues autem humili ſono, quaſi ſemiclauſo ore, & voce exili, & ideo quaſi ſemiuocales dicuntur. Secundò poteſtate ſeu virtute: Longæ enim vocales habent vim ſupplendi daghèſc, quòd aliquãdo reijcitur à littera, & ſub ſe, vel in ſe (virtualiter, ſeu potentia) conti- Nota

 nent

nent iod, vel Vau quieſcentem, vt patet in וְהָאמַר ּ ſupplet daghes, quod deberet eſſe in àleph, & שֹׁמֵעַ chòlem continet Vàu formatiuum Benonì, vt infra.

ſc ֶ & ֵ i.
ſc. ִ בְּ chirech & ִי } quia vnum pro alio ſubſtituitur, vocantur cognata, ſeu permutabilia, vt ſup. fol. 14. & 15.

ח & ע in fine dictionis habent ſub ſe patàch, quando non præceſſerit camèz aut patàch, & tunc, vt bene proferri poſsint, neceſſariò illis additur patàch, quod גְנוּבָה ab Hebr. dicitur, & preterea accentus in penultima ſyllaba apponi debet, vt

רוּחַ rûach, non ruchà   שׁוֹמֵעַ ſciomêangh
מָשִׁיחַ maſcìach, non chà   יְשׁוּעַ ieſciûangh

Idque locum habet etiam in הּ habente punctum in ventre, tunc enim patach illi ſubſcribi debet, vt אֱלוֹהַּ proferturq. Elòah, non Elohà. quod verum eſt, niſi huiuſmodi ה præcedat ּ vt in רוּחֹה ſpiritus eius.

De Punctis Raptis, ſeu Compoſitis:

Chatèph camèz	ֳ	o	קָמֵץ	חָטֵף
Chatèph patàch	ֲ	a	פַּתַח	
Chatèph ſegòl	ֱ	e	סְגוֹל	

Inuenta ſunt propter gutturales, vt docet Elias Leuita Cant. 10. Cum enim ſceuà ſub ſe vt plurimum minime patiantur, neque etiā in medio dictionis, opus fuit, vt ſceuà componeretur cum his vocalibus, eaſdem gutturales vt moueret. Deinde, vt facilior redderetur pronunciatio; ac proinde ſceuà proferri ſolet ſono vocalis, cui in compoſitione adiungitur, vt עֲלֵיהֶם nghaleèm, ſic הֶחֱזִיקָה hechezichèch.

Cur autem gutturales non admittant ſceuà ſimplex, & moueantur ab ipſomet compoſito; Reſpondent aliqui, eò quia gutturales ex.

Hæ exceptiones non ſunt principio Tironibus tradendæ.

ex gutture, & intimis pulmonibus iuxta ipſarum naturam proferuntur; quam prolationem efficere nequit ſceuà, quia eſt vox hebes, obtuſa, & tam exilis, vt vix, vel nunquam audiatur, vnde excogitandæ fuerunt vocales, quæ id efficerent, atque eo modo punctum ſceuà produceretur, & gutturalis dilataretur: quod optimè fit cum patàch, & ſegòl, & non cum ·· & chìrech, cum in iſtis diuerſa ratio ſit. Ego vero ideo puto non admittere, non quia ex natura ſua non poſſit illud habere, vt patebit exẽplis, ſed vt reddatur facilior pronunciatio. Si enim gutturalis punctaretur ſceuà ſimplici, traheretur gutturalis nimis aſperè, quia ſceuà quieſceret, ideò addiderunt huiuſmodi puncta, quæ mouent gutturalem, & facilior eſt pronunciatio. Nam ſi dicamus הִחְזִיק ichzich הִחְפִּיךְ ihhphích, & in àleph הִאְמִיר imijr, non ſolum eſt difficilis pronunciatio, ſed nec àleph ſentitur: ideoque vtrique rei conſulitur punctando ſeruilem puncto ſimplici, & gutturalem ſuo compoſito, dicimuſque הֶחֱזִיק echezich: הֶחֱפִּיךְ hehephic: הֶאֱמִיר hehemir.

¶ ֳ: Ergo rarius ponitur, & in Hophàl, vbi prima verbi eſt gutturalis, quod differt a ָ quod ſimpliciter ſcriptum ſonat o & non a, de quo infra. vt Eſa. 44. 13. יְתָאֳרֵהוּ deſignabit illum.

¶ ֲ: & ֱ: regulariter ponuntur, vbi occurreret ſceuà ſimplex ponendum, & ad vitandum cacophoniam, vt infra in cap. de Verbis, & eorum coniugationibus.

Reperitur tamen Punctum Raptum in aliquibus caſibus ſub alijs litteris, quæ gutturales non ſunt, vt tradit Quinquarboreus pag. 13.

Primò quando in eadem dictione eſt littera duplicata; tunc enim primæ litteræ habenti ſceuà additur patàch, Gen. 29. 3. וְגָלֲלוּ: reperitur tamen ſine ֲ: in quibuſdam exemplaribus, & צָלֲלוּ Exod. 15. 10. profundati ſunt. Quod etiam fit, quando accentus rethoricus, (qui dicitur גַעְיָא) eſt ſub littera hè habente ſub ſe ַ & poſt ſe ם cũ ſceuà, quia tunc in plurali adiungi debet ſceuà puncto ַ vt הַכְּרֻבֲמִים & הַמְקַבְּרִים. Ezech. 39. 14. Num. 33. 4.

Secundò, quando vàu ſciùrech apponitur dictioni habenti in initio ſceuà mobile ſubſequente alia ſyllaba, ſeu voce, vt וּזֲהַב Gen. 2. quod non habet locum in ב ג ד כ פ ת dicemus enim וּרֲכַב: וּרְכוּב:

Tertio reperitur רֻטֲפַשׁ ſucculentus fuit. Iob 33. 25.

Reperitur —: in deriuatis à verbo בֵּרֵךְ poſito accentu ſub littera ר, vt וַאֲ בָרְכָה, & benedicam : & וְיִתְבָּרֲכוּ, & in deriuatis a verbo אָכַל, vt תֹּאכַלֶנָּה comedent. Ezech.4.12.ſic תְּעֹרְרוּ Cant.8. סֹבְבִים Cantic. 33. ſed in quibuſdam impreſſis reperitur ſceuà ſimplex, locis ſupra allatis a Quinq.

¶ Vltimo nota, quod poſt —: non ſequitur daghèſc, nec aliud chatèph poni poteſt, nec ſceuà ſimplex venit ante —: nec poſt ipſum, quia tunc darentur duo ſceuaìm, quæ ſimul legerentur, quod eſt abſurdum.

Præterea ∵: vt plurimum ponitur ſub prima radicali verborum quieſcentium Pè àlef, in Infinitiuo cum litteris בכלם, & in Imperatiuo, ac Futuro, vt

Infinit.	אֱסֹף	Imper.	אֶאֱסֹף	Futurum
	בֶּאֱסֹף	אֱסֹף	יֶאֱסֹף	
	כֶּאֱסֹף	&c. אִסְפוּ	תֶּאֱסֹף	
	לֶאֱסֹף		נֶאֱסֹף	

Vbi tamen littera accidentalis habuerit —, prima littera radicalis verbi habebit —: vt infra in verbis gutturalibus.

¶ Obſerua præterea, quod nomina propria incipientia ab אֱלִי & אֱלוֹ & אֱלְ, habent ∵: vt אֱלִיעֶזֶר : אֱלִישָׁע : אֱלוֹהִים :

Excipe, אֵלִיָּהוּ, quod punctatur zère.

Quæ verò incipiũt ab אֲבִי & אֲחִי pũctãtur —: vt אֲבִימֶלֶךְ: אֲבִינֹעַם.

De Camèz, chatèph, ſiue Chatùph.

Nota Reperitur ſæpiſſimè in ſcripturis ֳ ſimpliciter ſcriptum, quod ſecundum Doctores legitur pro Compoſito, & ſonat, o, & non a, atque eſt velut ֳ: Et tunc ad differentiam iſtius, quod vocatur chatèph camèz, tale ֳ ſimplex vocatur Camèz Chatùph, & ſceuà ſequens non legitur in caſibus infraſcriptis.

Primo, quando poſt ֳ ſequitur ſceuà, & poſt ſceuà accentus grãmaticus, vel immediate, vel poſt alteram ſyllabam, tunc debet legi, vt Compoſitum, & ſonabit o, & non a, vt

ſciom	וְלְשָׁמְרָה	ſic in Infin.		goph	גָּפְרִית	choc	חָכְמָה
achol	אָכְלָהּ	לְעָבְדָה		orch	אָרְחוֹת	beoz	בְּאָזְנֵי

aliter leges quando ſceuà præceditur ab accentu, ſeu quando accentus eſt poſt ָ vt זָכְרָה za, פָּקְדוֹ pa, etiamſi non notetur accentu, quia intelligitur Gânghiâ, vt in לָמָּה ſunt duo accentus, vnus rethoricus, alter grammaticus: ſic וְעָנְתָה־בִּי וְנִבְקְדוּ־רוּת. ſed אָרְצָה Ruth. *2. 10*. legitur a, non o: ſtat enim pro ְ & Hè in fine addita (*paragogica*) mutat pũcta. licet Zamoren. in ſuis Inſtit. id neget, ſequi tamen debemus morem legendi, qui eſt hodie apud Hebræos.

II. ָ ſimplex legetur pro compoſito in fine dictionis, quando ſequitur Maccàph ־, quæ eſt virgula connectens duas dictiones, de quo infra, vt יִשְׁמָר־לוֹ mor: יִגְמָר־נָא mor.

Secus ſi poſt ָ in fine dictionis erit א, vel ה, tunc legetur a, non o, vt וּשְׁקָה־לִּי ka: ſic מְצָא־נָא za.

III. Monoſyllabum כָּל quod ſignificat *omnis*, *& hoc omne*; ſemper legitur o, & non a, vt כָּל־אֶרֶץ kòl כָּל־אֹיְבַי kòl, nec excipio Pſal. *34 10*. nec Prou. *19. 7*. quicquid alij dicant.

IV. In futuris verborum quieſcentium Hâin Vâu legitur o, & non a, vt וַיָּקָם vaiácom & ſurrexit: וַיָּרָץ vaiároz, & cucurrit.

Reijce Regulam Fabritij Germani, qui vult id ſemper obſeruari, ſi ſint

ſi ſint duo ־ַ ſimul vt בָּרָא barà, & ſimilia, quia mos legendi hebrçorum ei aduerſatur.

V. Si poſt tale ־ ſequatur daghès, ut כָּלוֹ côllu, non kâllu, ſic Pſal. *44. 23. & 29. 13.* legendum.

VI. In dictionibus, in quibus chòlem mutatur in ־ַ: quamuis ſcribatur ־ַ ſimplex, legi debet o, ut compoſitum, ut קָדָשִׁים codaſcim., de hoc infra agentes de nominibus.

Diſcrimen ergo inter utrũq. camèz eſt ſolius prolationis, non autem figurę, ut vides.

DE SCEVA.

An ſit vocalis, quando mouetur, & excludatur a numero, quando non mouetur, omittimus diſputare. Ridicula porrò eſt ſententia excludentiũ meo iudicio: argumento ſit בְּרֵאשִׁית, vel כְּחַבְרָאָם; peto enim, an hęc dictio ſit triſyllaba, vel quadriſyllaba, & an conſtituat ſedem, vel ſyllabam. Itáque expecto oraculum. In præſentia nota, quod

Sceuà aliquando mouet litteram, vel profertur, & legitur; aliquando uero non.

Legitur Sceuà.

I. In principio dictionis, ut דְּבָרַי.

II. Poſt vocalem longam ſceuà legitur, vt פָּקְדוּ pàchedù.

Gen. 9. 19. נָפְצָה : הַכְּרְךָ : יִשְׁכְּבוּ Gen. 9. 16. וְהָיְתָה חֲסִידֵךְ לְמְרוּ

וַעֲנִתְחַבְּי וְנִבְקְתַ־רוּחַ

niſi ſit notata accentu grammatico, nam tunc non legitur, vt תִּשְׁעֲנֶה : פָּקוּדָה : לְמֹרֵנָה Prou. 27.

ACCENTVS GRAMMATICVS qui & Naturalis dicitur ille, qui ſolus eſt in vltima vel penultima ſyllaba; Rethoricus vero, qui nunquam

quã eſt ſolus, ſed præcedit Grãmaticũ, vt פָּקְדוּ. Et nota, quod de duobus accẽtibus in dictione aliqua poſitis, ſemper ſecũdus eſt Grãmaticus, & naturalis; primus vero Rethoricus, etiamſi aliquando non reperiatur expreſſus. Et hoc notato ſubintelligitur enim in quibuſdã dictionibus accẽtus Ganghia, ideſt Retinaculum, quod ſiſtit priorem ſyllabam natura ſua, vt in לָמְדוּ etiamſi hic ſub ל non ſcribatur accentus, natura ſua intelligitur; quod preceptoris diligentiæ relinquitur. Quando ſic occurrat, obſerua etiam tunc temporis illud ָ legi a, non o, vt ſupra dictum eſt, virtute illius Rethorici accentus. Nota.

III. Quando eſt ſub littera notata daghéſc, ut אִתְּכֶם tte, לִמְּדוּ mme, פִּקְּדוּ cche, etiam ſi ſequatur poſt uocalem breuem.

IV. Quando duo ſceuaim concurrunt ſimul in medio dictionis, primum quieſcit, ſecundum uero profertur יִפְקְדוּ iphche, יִכְתְּבוּ ichte, יִשְׁכְּרוּ iſche.

V. Quando eſt ſub littera geminata, vel ſimili, vt duæ מ מ, duæ נ נ, duę ל ל, duæ ר ר, vt הַרְרֵי: הַלְלוּ: הִנְנִי: הַבְּנֶנָּה etiam ſi non pręcedat voçalis longa, quicquid alij. Excipe quãdo ex geminatis ſecunda habet ſceuà, tũc nõ profertur, vt רוֹמַמְתֶּם romamtèm, ne mutetur formatio vocis in nomine, & vèrbo.

Non legitur Sceuâ, vel non mouet (propriè) litteram, ſub qua eſt.

Primo, in fine dictionis, quando eſt vnicum, vt דִּבַּרְךָ ſi enim fuerint duo in fine, vltimus legetur, ad uitandum cacophoniam, quicquid alij dixerint; ita enim Hebræi legunt.

vt

vt וַיֵּשְׁתְּ Gen. 9. 21.	Primo propter venuſtatem lectionis.
יֶפֶת Gen. 9. 17.	Secundo quia ſic contrauenitur vni regulæ, qua ſtatutum eſt, ne ſceuà in fine lectionis legatur: ſi vero non legatur, contrauenitur duabus, tertię
נֵרְדְּ Cant. 4. 14.	
וַיִּפְתְּ Iob 31. 27.	

ſupradictę, & alteri, quod in daghesſata ſceuà legatur.

ſic leges וַיַּשְׁקְ Gen. 29. 11. potum dedit.

יֵשְׁטְ Prou. 7. 23. declinet.

קֹשְׁטְ Prou. 22. 20. rectitudinẽ, ſeu ueritatẽ.

II. Non legitur ſceuà poſt uocalem breuem, ut דִּבְרֵי diurè, niſi habeat daghèſc, ut לִמְּדוּ limmedù.

III. De duobus primum non legitur, ut יִפְקְדוּ.

IV. Poſt Vâu ſciúrech in principio, ut וּבְדֶרֶךְ Pſal. 1.

V. Quando uenit poſt ָ quod eſt camèz chatùph, & ſonat a, non o, ut חָכְמָה.

Niſi poſt ָ quod etiam ſonat o, & non a (licet ſimpliciter ſcribatur) ſequatur daghèſc, ut חָנֵּנִי miſerere mei. Pſal. 9. 14.

Nota quod in fine dictionis omnis littera (exceptis quieſcentibus) & ſi nullum habet punctum, cenſetur habere ſceuà, licet in ea non inueniatur expreſſum: omnes enim trahuntur ad ſonum pręcedentis vocalis, & ſyllabæ, cum ſint mutæ, vt יִלְמַד.

Nota ſecundo, quod licet ſit verum, gutturales non admittere ſceuà, reperitur tamen ſceuà ſimplex ſub gutturalibus ſępiſſime, vt

abſcondent	יַעְלִימוּ pro יַעֲלִימוּ	cognouimus	לֹא יָדַעְנוּ
abſcondet	יַחְבּוּשׁ	voles nos	תַּחְפֹּץ
Magnificus	נֶאְדָּר	erit	יֶהְיֶה

Et ſexcenta huiuſmodi. Item in nominibus proprijs נַעְמָן in quibus non profertur. De his tamen certa regula tradi non poteſt.

Hebr.

De Modo legendi Sceuà.

Primo reijce, quod Fr. Ludouicus Ord. Sancti Franciſci Luſitanus Olyſipponenſis mea ſententia doctus, & in re Hebr. ſatis verſatus, in ſuo Globo, docet, ſi poſt ſceuà ſequatur gutturalis, etiamſi nō ſit in initio dictionis, motū & pronūciationē eius litterę ſub qua eſt ſceuà, debere fieri ſecundum punctum gutturalis litteræ, et ſi non adſit accentus Gānghia, vt in מַלְאָכִים legatur Malachim: ſic legemus, ait, חַחַי tichi, & non techi, קְחִי chichi pro chechi; ſic קְחוּ chichu, יְהִי ihi non iehi. & probat per interpretes, qui רְאוּבֵן Rehuben hebraicū verterunt Ruben, ſic יְהוּדָה Iudà non Iehuda. reijce (inquā) non .n. ea de cauſa id fecerunt, vel iure feciſſe dicendi ſunt, vt primo contra Regulas Grāmaticæ ſceuà mobile in principio dictionis amittat ſuam vim; id. n. eſſet contra ſua dicta. Deinde non licet quacunque auctoritate duas ſyllabas redigere ad vnam; nam Reū ſignificat videte, Bèn, filium, quod eſt triſyllabū, & ſic Ruben nihil ſignificat, vel diuerſum quid a prima impoſitione; itaq. tolleretur dictionibus hebraicis ethymologia, & ratio ſignificandi, quæ eſt ſola, & propria huius linguæ. Demum, (& hoc nota) littera apud Heb. quieſcit, quæ eſt ex natura ſua quieſcibilis & ſine puncto: itaque àleph punctata ſuo váu ſciùrech, cur non eſt verè pronuncianda? Quid autem mihi de ſyllaba antecedenti? ſic in Iehuda, Hè eſt punctata váu ſciùrech: cur ergo non mouenda ſuo, quo affecta eſt, peculiari puncto? qua ratione, aut apud quem ſanæ mentis Grammaticum licet duas litteras ſub vnico puncto mouere? quare item ſceuà mobile reijciatur, & amittat ſuam vim? Ergo,

Hæ exceptiones non ſunt principiò Tyronibus tradendæ.

Nota (vt id rectius percipias, eſt enim contra morem legendi hebræorum) quando quieſcens ſceuà eſt ſub gutturali, maior difficultas eſt, quàm ſupradicta, ſi poſt ſceuà ſequatur gutturalis, quomodo ergo legēda יֶהְיֶה? Iòd. n. cū puncto eſt vera ſyllaba, Hè trahitur ad ſonum præcedentis; nam quieſcit ſceuà, non autem littera: Ergo ne tota ſyllaba pereat, ſic pronuncianda, verbi gratia, non legetur Malachim, vt ipſe fatetur, ſed quaſi diſtincte, Mal'àchim, vt auditor ſentiat lāmed trahi, quia eſt notata ſceuà quieſcenti, & eſt perfecta ſyllaba. Id vero faciliori modo percipies ex voce præceptoris, ſeu cuiuslibet hebrei tales dictiones pronunciantis. Nota

Reijce item cætera quæ aſſerit eod. cap. 14. lib. 1. pag. 98, & 99. Illis enim obſtat mos legendi methodicus apud Doctores Hebr. nec

בְּיוֹם legas bijom, vt ait; ſed beijom. nec בְּרָכָה Barachà, ſed berachà. neq. בְּיַד Bijad, ſed Beijad. Item אַשְׁרֵי non legas aſciare, ſed aſc re.

quia ſunt diſtinctæ ſyllabę, & vocales, ſeu puncta. Tamen

Nota, quod legitur aliquando poſt breuem, Euphoniæ gratia, vt Num. 11. gheudlechà, גָּדְלְךָ : iegàrechà, יְבָרֶכְךָ Pſal. 5.

Nota ſecundo, duo ſceuaim initio dictionis nunquã concurrere poſſe, atque ita ſi vtraque littera dictionis initio poſita, duplici ſceuà ſubſcribenda eſſet, earum prima per ſceuà, altera per ſegòl, vel zère ſubſcribetur: vel abijcitur vtrumque ſceuà, & in prima tantum ponitur chìrech longum, in quo iòd quieſcit, vt

pro וְיְהוּדָה dic וִיהוּדָה pro וְיְגַלֶּה dic וִיגַלֶּה ſic וְיְהִי dic וִיהִי

דִּבְרֵי pro דְּבְרֵי & כִּרְמְכֶם pro כְּרְמְכֶם

De דָּגֵשׁ *Daghèſc, & Raphè.*

Multi multa cõgerunt de Daghèſc, ſed id nulla neceſſitate, vel potius vtilitate (quæ magis attendi debet) cogentibus.

Omiſſis vero, vnde dicatur דָּגֵשׁ an dicatur quaſi נִדְרַשׁ, ideſt, menſura comprehenſa, & agitata, ſeu coaceruatam (vt ait Chriſtus) dabunt in ſinum veſtrum.

Daghesc non eſt vocalis, nec ſupra, vel infra litteram, ſed ſolum in medio, ſeu in uentre illius ponitur, & ſcribitur.

Triplex eſt { forte / lene / & decoris } quod { חָזָק / קַל / לְתִפְאֶרֶת הַקְּרִיאָה } Kimchi vocat

FORTE INVENTVM. Primo ad indicandum litteram radicalem deficientem, vel ſeruilem abiectam, & illam ſupplendum tàm in verbis, quam in nominibus, & quibuſdam præpoſitionibus, vt חִגִּיר pro הִנְגִּיר : מִבַּיִת pro מִן בַּיִת : מִפָּלָה pro מִנְפָּלָה. II. Ad ſupplendum defectum litteræ duplicatæ deficiẽtis, & tunc ponitur in tertia radicali, vt סַבּוֹתָ pro סָבַבְתָּ

III. Ad indicandas coniugationes Pièl, Puàl, & Hithpahel; vt infra. לִמֵּד : לֻמַּד : הִתְלַמֵּד. IV. Quando abijcitur ה, vel נ, vel alia

duplex

duplex concurrens; vel quando ת, & ט conueniunt, vt כָּרַתְּ pro כָּרַתְתְּ vt infra in verbis Perfectis in fine.

V. Mutat nominum ſignificationem, nam אָמָה ancillam, אַמָּה cubitum ſignificat, & יָמִים dies יַמִּים vero maria.

Hæc tria propriè ſunt Dagheſc decoris.

VI. Ad indicandum affixi בָּהּ & בַּהּ & ךָ & ךְ, differentiam, quod aliqui ornatus dicunt eſſe.

VII. Ponitur poſt ה demonſtratiuum, vt הַשָּׁמַיִם vel vocatiuum; vt infra in litteris ſeruilibus: ſic etiam poſt ו conuerſiuum Futuri in Præteritum, vt וַיֹּאמֶר.

VIII. Loco litteræ אהוי quæ (quandoque) abijcitur, vt 3. Reg. 5. מַכֹּלֶת pro מַאֲכוֹלֶת in cibum domui ſuæ.

Dagheſc in quibus litteris ponatur.

Dagheſc forte recipiunt omnes litteræ præter quam gutturales ע ח ה א & ר licet nonnullæ gutturales eo inſigniantur, ut infra.

Daghèſc lene ponitur tantum in ſex litteris בְּגַדְכְּפַת idq. in initio dictionis, & aliquãdo in medio

In initio recipiunt ſemper, niſi illas pręcedat aliqua ex quieſcentibus י ו ה א, ut לֹא כְסִיתִי.

Non ad reuerentiam nominis Dei, vel alia de cauſa, vt opinatur Elias. Elem. 2. Orat. 2. ſed quia Grammatici, vel Maſorethę ita decreuerunt, Euphoniæ gratia, nec alia ratio quærenda.

Quę tamen regula fallit in quatuor caſibus iuxta Canonem Doctorum Hebræorum, qui eſt.

כָּל־בְּגַד כְּפַת וְסָמִיךְ לְיְהוּא רָפֶה בָּר

מַפְּפִּיק מַפְסִיק רַחִיק וְאַתֵי מֵרַחִיק idest,

Omnis littera begadchephat initio poſita, & coniuncta, vel conſequens litteras eheuì eſt raphàta,

ideſt, ſine daghèſc leni, pręter quam ſi ſit Mappích, Maſsích, Dachích, & Athè merachích.

Quæ vt declaretur, Nota quod Raphè idem eſt quod *remiſſum*, *& lene*, ideſt, quod littera ת פ כ ד ג ב non grauatur daghèſc, quod deberet poni, ꝙ idem eſt, ꝙ hæ ſex litteræ proferuntur ſine daghèſc,

cum Raphè	בוּ	vu	בוֹ	vo	בִי	vi	בֶ	ve	בַ	va
cum Daghèſc leni	בּוּ	bu	בּוֹ	bo	בִּי	bi	בֶּ	be	בַּ	ba
cum forti	בּוּ	bbu	בּוֹ	bbo	בִּי	bbi	בֶּ	bbe	בַּ	bba

Quod idem obſerua in alijs quinque, vt audies a pręceptore. Habent ergo Raphè ſemper, præterquam in quatuor caſibus.

1 Primus eſt Mappích, ideſt *eductor*, quando ſcilicet littera Eheui pręcedens profertur, vel trahitur (vt dixi ſupra) tanquã vocalis in diphtongo, vt

daghesc
שְׂפָתַי תִּפְתַּח Tai.Pſ.51.17 אֵלָיו פִּי־קָרָאתִי Elau.Pſ.66.17. שָׂרַי נַבִּרְתִּי Sarai.Gen.16.8.

Excipe אֲדֹנָי בָּם Adonai Vam.Pſal.68.18. Raphè, vel ſine dag.

קַו הֹהוּ &c.Eſa.34.11. שַׁלְוֹ בָהּ Ezec.23.42. וְאַבְנֵרְבָהוּ Eſai.ibid.

2 Secundus caſus eſt Mapſich, ideſt Regius *diſtinctiuus*, ſiue *diuiſiuus*, ideſt quando adeſt accẽtus aliquis diſtinctiuus, aut diuiſiuus, tunc non eſt Raphata begadchephat, & dagheſſatur leni, ſic

accen. וַאֲנִי בְּרֹב pſal. 5.10. | Pſal. 30.10. accen. בְּדָמִי בְּרִדְתִּי

accen. אַתָּה תְּבָרֵךְ Ibid. 13. | Pſal. 5.4. accen. קוֹלִי בֹּקֶר

Excipiunt quidam; ſi adſit accentus miniſter, vel deſeruiens, qui cum non diuidat orationem ex natura ſua, non recipient begadchephat daghèſc, vt

accen. אִמְרוּ בִלְבַבְכֶם Pſ.4.5. אָבוֹא בֵיתֶךָ Pſ.5.8. וְשִׁנֵּי כְפִירִים Iob 4.10.

Quod mihi non arridet, ibi enim ponitur daghèſc ad ornatum, quod idem eſt cum leni.

Tertius

3 Tertius caſus eſt, quando dictio aliqua monoſyllaba per Maccaph coarctatur, ſeu impellitur ad alteram ſequentem, quę punctetur —, vel ſegòl, tunc daghessatur ב ג ד כ פ ת, vt

מַה־פָּרַצְתָּ Gen. 38.29. מַה־בֶּצַע Psal. 29.10.

מַה־תָּאֳרוֹ 1. Sam. 28.

Secus ſi monoſyllaba habeant ·· vel chòlem, vel ſciùrech: tunc enim non recipient daghèſc, vt accen. וַיְבָרֶךְ Gen. 1. pluries.

Sed ſi poſt —, ſequatur dictio, vel littera, quæ non ſit ex בְּגַדְכְּפַת tunc daghessatur, vt גְּשָׁה־נָּא Gen. 27.26.

4 Quartus caſus eſt, quando aliqua ex quieſcentibus eſt in dictione habente accentum procul, id eſt, in principio dictionis, diſtantem ab ea, quæ habet ב ג ד כ פ ת, & vocatur Athè merachìc, ideſt, *de longe veniens*, vt

dag. accen. וְעָנְתָה־בִּי צִדְקָתִי Gen. 30.33. נָשְׁבָה בּוֹ ſufflauit in eo Eſa. 40.7.

Excipe Rap. accen. מָצְאָה בַיִת Pſal. 84.4. Beth non daghessatur.

Si vero accentus ponatur in ſecunda ſyllaba dictionis, tunc non daghessatur, vt

Rap. accen. וְעָשִׂיתָ פָרֹכֶת Exod. 26.31. & facies operimentum. Rap. accen. וּמְבָרְכֶיךָ בָּרוּךְ Gen. 27.29. & benedicens tibi benedictus.

aliquando tamen daghessatur, vt הוֹדַעְתָּ בָּעַמִּים Pſal. 77.16. notam feciſti in populis.

עָבִיתָ כָּשִׂיתָ Deut. 32.15. Impinguatus es, incraſſatus es.

5 Quintum caſum addunt quidam, ſi dictio ſequens poſt quieſcētes habet aliquam duplicatam ex ב ג ד כ פ ת, & prima eſt cum ſceuà, tunc prima daghessatur, ſecunda vero non, vt

הֲלֹא כְּכַרְכְּמִישׁ Eſa. 10.9. Nonne quaſi Carchemis. קְטַנָּה כְּכַף־אִישׁ 3. Reg. 18. 44.

par-

44. parua, vt vola viri. בְּנֵי דְדָן Ezech. 27. 15. Filij Dedan,
Id quod ego Euphoniæ, ſeu ſonoræ prolationi adſcriberem: ob quam etiam cauſam
אִשָּׁה בִבְתוּלֶיהָ יִקָּח. Leu. 21. 13. biutulea, non viutic וְהָיְתָה בָבֶל Eſa. 13. 19.
legerem Bauel, ob rectam pronunciationem, vt infra in Aſteriſco hoc ✱
Quod conſonat alteri Regulę, quã tradunt quidam: Idem obſeruandum, ſi ſint litteræ eiuſdem claſſis, hoc eſt, ſi ſint ambæ vel dentiũ vel palati, vel labiorum; nam tunc etiam ſi ſit duplicata, habebit daghèſc, vt בְּפַרְעֹה וְאִכָּבְדָה Bephargo. Exod. 14. 4. non Ve. יִרְדֶּנּוּ בְּפָרֶךְ
Leuit. 25. 52. Bephèrec non Ve קָרְחוֹ כְּפִתִּים Pſal. 147. 17. Chephitim non Pi,
Prima dagheſſata, ſecunda vero non, Euphoniæ gratia, & hoc nota, quicquid alij. Tunc enim eſt quaſi daghèſc decòris, de quo nunc.

Daghesc Decoris לְתִפְאֶרֶת הַקְּרִיאָה.

ponitur in medio dictionis (fere) poſt ſceuà quieſcens, vt עִבְרִי : אִזְכֹּר : יִזְבְּחוּ : מַלְכֵּי : לִשְׁבּוֹר
Aliquando vero non ponitur, (ſed raro) & hoc poſt ſceuà mobile, vt בְּבַעַל Deut. 4. 3. כְּבִרְכְמִישׁ Eſa. 10. 9. וּנְכָרִים
Excipe. שְׁתֵּי & שְׁתַּיִם vt in Theſauro in Rad. שָׁנָה
uel in fine in litteris begadchephat, ut
זָכַרְתִּי : לָמַדְתִּי : שָׁמַעְתָּ : שָׂמַחְתִּי
Ratio vero, quare ponatur poſt ſceuà quieſcens, & non hic, eſt, quia ſit melior ſonus; & prolatio, ob quam cauſam Obſerua;
✱ quod in prolatione quandoque daghèſc, quod non eſt ſcriptum, legitur; & quandoque vbi eſt ſcriptum, non legitur, Euphonię gratia, vt כִּי בוֹ חָמַתְיָה chi bo, non vo, & patet ex ſtylo pronunciandi, & legendi recto, magiſq. rationabili Doct. Hebræorum, & audies a præceptore. Hoc etiam ſupra de ſceuà admonuimus.

Gutturales cur non recipiant Dagheſc.

Dicunt quidam, quia cum illæ ex gutture, & intimis præcordijs proferantur, non alio quocunque robore, vel duplicatione opus habent: quæ ratio nõ ſatisfacit. Arbitror ex natura litteræ, vel ex Inſtitutione Authorũ de modo pungendi, cui qualibet alia ratio cedat.
Excipe tamen multas dictiones, quę reperiuntur in Biblijs dagheſſatæ

ghechata, idq; vt Maſoretarum rationem afferam, aliquod ob myſterium ibi contentum. Vt יִרְדֹּף אוֹיֵב Pſal.7.5. מָחַצְתָּ רֹּאשׁ Abac.3.13. שֶׁרֹּאשִׁי Cant.5.2. מְאוּמָּה רָּע Hier.39.12. ad exprimendam in his locis vim magnam actionis, & inſectationis aduerſariorum imprimitur litteræ reſc daghéſc; hoc etiam indicant Verba, & Coniugationes duplicatæ, vt ſuo loco.

De מַפִּיק Mappich, ideſt Extractore.

Punctum eſt in ventre litteræ הּ: cuius energia & vis eſt, vt educat litteram ה ad ſonum precedentis vocalis, vel eius quæ ſubſcribitur, vt in אֱלוֹהַּ : יָהּ Ponitur autem in fine dictionis tantum in dicta littera הּ vt יָהּ Deus. אֱלוֹהַּ Deus Iudex, Item in fine quatuor Verborum, nempe

נָגַהּ Splendere. כָּמַהּ Deſiderare גָּבַהּ Superbire תָּמַהּ Obſtupeſcere.

In quibus non legitur illud punctum, ſed eſt ſignum quod trahatur, ac ſi eſſet alia ex conſonantibus, vt תָּמְהָה tamahſa & ſunt ordinis Perfectorum.

¶ Item eſt ſignum in Verbis, & nominibus generis fœminini, ut דְּבָרָהּ verbum eius, בְּנָהּ filius eius.

De Accentibus.

Vtilior tractatus erit in fine grammaticæ, vt natura, vis, eorumq. proprietas facilius percipiatur, multa enim præſupponit ex praxi in omnibus Orationis partibus: de his a præceptoribus vltimo loco tradendæ ſunt regulæ, vt mea fert ſententia.

Hæc de pronunciatione, & recta lectione.

DE PARTIBVS ORATIONIS *Hebraicæ.*

Orationis partes apud Hebræos ſunt tres { פְּעֻלָּה, שֵׁם, מִלָּה } ideſt { Verbum. Nomen. Particula. }

Sub Verbo comprehenditur Participium: ſub Nomine Pronomen. ſub Particula Aduerbiũ, Prępoſitio, Interiectio, & Coniunctio; quia hæ propriè apud illos non ſunt.

Cur agatur de Verbo prius quàm de Nomine.

Incipimus a Verbo, quia Verbum apud illos eſt ſimplicius quid, & continet radicem, a qua deinde formatur nomen, quod eſt magis compoſitum, vt patet ex Theſauris.

Item quia a Verbo deducitur nomen, non è contra. Demum, quia facilior eſt modus docendi, atque diſcendi. Loquimur experti.

VERBO ergo Perfecto, vel Imperfecto (vt de more Latinorum loquamur) accidunt decem, Radix, Species, Coniugatio, vel iuxta alios, Vox, impropriè, Modus, impropriè, Tēpus, Numerus, Genus, Perſona, Affixum, Littera paragogica.

De שֹׁרֶשׁ, *ideſt, Radice Verborum.*

Omne Verbum debet habere, vel reduci ad ſuã radicem, quę non poteſt eſſe minor tribus litteris licet ſit Verbum duplicatum, quæ radix eſt fundamentum coniugandi totum Verbum: vt

פָּקַד לָמַד בּוֹא אוֹר

Huius radicis litteræ (quocunq. modo combinentur ex Alphabeto) prima apud illos dicitur

Tertia rad.	Secunda rad.	Prima rad.	
לָמֶר פֹּעַל	עַיִן פֹּעַל	פֶּה פֹּעַל	a verbo פֹּעַל quod

veteres Grammatici vſurpabant pro Paradigmate. Idem dicendũ in cęteris verbis, vt

3	2	1
ר	מַ	לָ
א	ו	ב
ר	ו	א

Omne.n. verbum Perfectum, ſiue Imperfectum (in quauis coniugatione in ſacris Codd. reperiatur inflexum) reduci debet ad tres radicales, quæ deinde iuxta regulas infra tradẽdas reducẽdæ erũt ad certã ſpeciẽ.

De Speciebus Verborum.

Verbum prima ſui diuiſione diuiditur in

- Perfectum, quod continet vnicam claſſem, ſed diuerſo modo inflexam cũ gutturalibus, vel ſine, vt חָרַף cũ guttur. & ſine, vt לָמַר
- Imperfectũ, quod continet quinque ſpecies.
  - j. Defectiua
    - Pè nùn, vt נָגַשׁ
    - pè iòd יָצַב
    - pè lámed לָקַח
  - ij. Quieſcentia
    - pè âleph אָכַל
    - pè iòd יָשַׁב
    - hâijn vâu בּוֹן
    - lámed âleph מָצָא
    - iij. lámed hè גָּלָה
  - Duplicantia — quę ſunt vnica. סָבַב
  - iiij. Compoſita
    - pè nùn lámed âleph נָשָׂא
    - pè nùn lámed hè נָטָה
    - pè iòd lámed âleph יָצָא
    - pè iòd lámed hè יָפָה
    - pè âleph lámed hè אָפָה
    - pè nùn lámed nùn נָתַן
  - v. Quatuor vel quinque litterarum, vt כִּרְבֵּל * חֲמַרְמַר

E Quæ

Quæ ab Hebręis vocantur.
- שְׁלֵמִים perfecta.
- אַבְנֵי גָזִית imperfecta, ſeu lapides (ſecti.
- נָחִים quieſcentia.
- חֲסֵרִים defectiua.
- כְּפוּלִים duplicata.
- מְרֻכָּבִים compoſita.
- אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת quatuor, vel quinque litterarum.

Cuius rei ratio eſt;

Omne enim Verbum continet, tres rad. inter coniugandum: Quod, nullam amittit, vel ſupplet aliquo modo, erit Perfectum: Aliqua vero amittunt primā litterā ex radice thematis, & ſunt Defectiua: Vel quieſcit, & ſunt Quieſcentia. Vel geminant radicales, & fiūt Duplicātia. Vel componuntur ex duabus ſpeciebus, & ſunt Cōpoſita: Vel multiplicant radicales, ſeu congeminant, & ita fiunt Quatuor vel quinque litterarum.

De Verbo Tranſitiuo, & Intranſitiuo.

Secunda diuiſio: Verbum, cuiuſcunque ſpeciei ſit, vel eſt Tranſitiuum, vel Intranſitiuum, ſeu Neutrum (de Actiuis enim, & Communibus, & Deponentibus, ac Paſſiuis inanis eſt diſtinctio, nec ad Hebraicam orationem faciens.) vel abſolutum.

Tranſitiuum, quod פֹּעַל יוֹצֵא eſt illud, cuius operatio extra proficiſcitur, & ad aliud ſubiectum, verbi gratia פָּקַד Viſitare, eſt alterum viſitare: שָׁמַר eſt alterum cuſtodire. Intranſitiuum, quod פֹּעַל עוֹמֵד vel Abſolutum eſt illud, cuius operatio ad extra nō proficiſcitur, ſed manet in eodem ſubiecto, nec diſtinguitur ab operante, vt הָלַךְ ambulauit יָשַׁב ſedit: huius ordinis ſunt verba ſignificantia motum, quietem, ſitum, & huiuſmodi.

Hæ exceptiones non ſunt principiò Tyronibus tradendæ.

¶ Reijce, quod quidam aſſerunt, Tranſitiuum, & Intranſitiuum, in vna eademq. coniugatione reperiri, ac proinde ex Intranſitiuo fieri poſſe Tranſitiuū, vt אָכַל māducauit הֶאֱכִיל māducare fecit, ſic יָשַׁב: הוֹשִׁיב kal. n. & Hiphil ſunt diſtinctę coniugationes re, & formatione. Verūtū eſt, verbum quod in vna eſt Intranſitiuum, in altera fit Tranſitiuum.

¶ Verba Tranſitiua ſignificant actionem, quæ extra progreditur ex natura ſua, & illam transferunt in alterum, vt לִמֵּד docuit, ſcili-

cet

cet alterum. Tranſit etjam in alterum, & ab illo in tertium, quod dicitur Tranſitiuum Tertij, vt הִלְמִיד ille fecit (vel iuſſit) alterũ diſcere. Quædã tamen in ſcripturis patientia non ſignificantur, ſed fit tantum mentio vnius patientis, v.g. יְהוָה יְבִיאֲךָ Introduxit te Dominus; pro, venire fecit (iuſſit) te Dominus. Deut. 6. 10.

¶ Verba, quibus iungitur particula אֶת articulus caſus patientis, erunt Tranſitjua, vt בָּרָא אֶת הַשָּׁמַיִם creauit cælos. Geneſ. 1.

¶ Hæc verba carent Participijs paſſiuis, ſeu habitus, (licet formẽtur in paradigmatibus, non vſitãtur) nec.n. dicimus, ſeu vſurpamus עָמוּד ſtatus paſſiue, nec נָפוּל caditus, vel caſus, nec הָלוּךְ ambulatus. עָבוּד cultus; miniſtratus.

¶ Caret pronominibus affixis, & paſſiuis, & dictionibus ſignificantibus rem patientem, vt עָמַד אוֹתוֹ ſtetit illum. Pro qua re egregia eſt Arca Noè R.P.D. Marini Brixienſis de litteris hebraicis bene meriti: ad id enim facit Theſaurus ille.

Dicuntur *Neutra*, vel *abſoluta*, quia ſunt quædam ex his, quæ nec agunt, nec patiuntur, vt שָׁכַן habitauit, דָּבַק adhæſit, &c.

De his erit aliqua mentio infra: vnde notabis, ad quid nam inducta ſint hæc præcepta.

De Coniugationibus, earum Nominibus, & Notis.

Multi de numero Coniugationum diuerſa tradiderunt, ingenia diſcentiũ ſubtilitate quęſtionum potius confundentes, quam varietate delectantes. Alij ſex, alij ſeptem, vel plures, vel pauciores conſtituunt. Puto ſeptem eſſe regulares Coniugationes Verbi cuiuſq. Quorumdam vero Nouem, licet non omnes vſitatæ reperiantur in eadem Radice, & Verbo.

Illud R. Dauid Kimchi ſatis clarum, quod vnica voce, ſeu perſona cuiuſuis Verbi in ſacris Biblijs reperta, omnes ſeptem, vel nouem Coniugationes formari poſſunt. Illud etiam ſatis notum, quod Rabb. שְׁמוֹנָה טוּרִים octo ordines vocãt, & attribuũt ſingulis verb.

Harum tres Actiuæ, & tres Paſſiuę ſunt, Septima reciproca, ſeu reciprocæ ſignificationis. Quid enim ſi Niphál eſt paſſiua kál, idcirco vna eſt numero? Neque latinarum Coniugationum ordo, vel ſeries hic obſeruanda eſt, vt ſatis, & pluries iam diximus.

Hoc iacto fundamento

בִּנְיָנִים *ideſt, Coniugationes apud Hebræos ſunt nouem.*

j. Coniug.	קַל	Kal	Actiua	vj.	הָפְעַל	Hophàl	Paſſiua
ij.	נִפְעַל	Niphàl	Paſſiua	vij.	הִתְפַּעֵל	Hithpahèl Reciproca Actiua & Paſſiua	
iij.	פִּעֵל הַדָּגוּשׁ	Pihèl	Act. Dagheſſata	viij.	פּוֹעֵל	Pohel quæ & מְרֻבָּע Quadrata. Act. & Paſs. ſignif.	
iiij.	פֻּעַל	Pual	Paſſiua				
v.	הִפְעִיל	Hiphil	Actiua	ix.	הִתְפּוֹעֵל	Actiuæ, & Paſſiuę ſign.	

K A L, ideſt, leuis, eſt prima Coniugatio. Dicitur leuis, quia non grauatur aliquo dagheſc, vel aliqua littera addititia a fronte thematis ad indicandam Coniugationem. Eſtque Verborum partim Tranſitiuorum, & partim Neutrorum, Abſolutorum ſeu Intranſitiuorum vt הָלַךְ ambulauit שָׁכַב dormiuit פָּקַד viſitauit, ideſt, continet vtraq.

Quæ ſequũtur, Tyro firmiter memoriæ mãdet uſq ad *

Huius Coniugationis Prima vox eadem eſt, quæ & Radix, in aliquibus tamen ſpeciebus variat, vt in בָּן intellexit, Radix eſt בּוּן vt ſic eſt trilittera.

Habet in Præterito tres formas, ſeu tres terminationes. Priorem per camèz, & patàch, vt לָמַד : לָמַדְתָּ, &c. Secundã per ‸, & zère, & יָבֵשׁ : יָבַשְׁתָּ : יָבְשׁוּ &c. hæc autem ſecunda terminatio obſeruatur tantum in tertijs perſonis. Tertiam per camèz, & chòlem, vt יָגוֹר : יָגֹרְתָּ : יָגֹרְתִּי &c.

NIPHAL (paſſiua præcedentis) eſt illa, quæ communiter in Præt. & Benonì habet Nùn formatiuam, ſeu characteriſticam additam, punctatam chírec, ut נִלְמַד : ſed ſequente gutturali ſegòl, ut נֶחְרַךְ. In Infin. Imp. & Fut. habet dagheſc in prima ad ſupplendam hãc formatiuam, & præterea Inf. & Imp. habent He litteram a fronte, punctatam chírec, ſed ſequente gutturali punctatam zère, vt infra.

PIEL eſt tertia actiua (quæ vocatur Dagheſſata) Illius ſignum eſt communiter dagheſc in ſecunda, punctaturque chírech, & zère: vt לִמֵּד. Si ſecunda vero ſit gutturalis, ſuppletur dagheſc per vocalem longam in prima, vt בֵּרֵךְ pro בִּרֵּךְ benedixit. & in cæt. temporibus breuis in longam ſimilem mutatur, vt ſuppleatur, vt חֵרֵף.

Iſa. 37. 24.

PVAL eſt quarta, & Paſſiua præcedentis, & communiter punctatur.

ctatur chibbùz, & patàch cum daghèſc in ſecunda ,vt לֻמַּד. ſi verò ſecunda fuerit gutturalis,punctatur vàu ſciùrech prima,vt ſuppleatur daghèſc ſignum, pro בֻּרַךְ faciet בּוֹרַךְ benedictus fuit.

HIPHIL Quincta Actiua,& Tranſitiua tertij,vel in tertium (iubet enim alterum aliquid agere) eſt illa,quę habet ante primam radicalem ה punctatam chírec, & poſt ſecundam rad. Iod vel actu, vel virtute latentem in vocali longa,vt הִלְמִיד :Inf.הַלְמֵד,vel הַלְמִיד. Interdum vero eſt Intranſitiua, vt dicunt quidam, ſed male.

Si vero prima fuerit gutturalis,túc in prima ponitur ֱ: & in ה he ſeruili formatiua ֶ: vt הֶעֱבִיר Tranſire fecit. Et in Benoni patàch, ſub ſeruili, & ֲ: ſub rad. ſic מַעֲבִיר vt infra. In Infinitiuis vero, & Imp.habet ה punctatur regulariter ַ,& in prima ſceuà quieſcens: ſi vero ſit prima radicalis gutturalis,habebit ֲ: vt הַלְמֵד , הַעֲבִיר, & in Fut.eod. modo pũctatur. אַעֲבִיר remanẽte iòd pro ſigno Cõiugat.

HOPHAL eſt eius Paſſiua, & habet ה ante primam rad. cõmuniter punctatam ָ: idq. in Verbis Perfectis, Quieſcentibus Lamèd àleph, & lamèd hè. In verbis Defectiuis punctatur ֻ ſequente daghesc: In Quieſcentibus ו Eius ſignificatio eſt paſſiua pręcedentis, iubetur enim quis aliquid pati ab altero. Huius mutationis ratio pendebit ex infra dicendis.

הָלְמַד
הֻגַּשׁ
הוּשַׁב

HITHPAHEL eſt ſeptima, eſtq. miræ (quia in alijs linguis non reperitur) & reciprocæ ſignificationis, actiuæ & paſſiuæ ſimul. Eius formatio, & nota talis eſt, quod cõmuniter habet in præterito ſyllabam הִת ante primam radicalem ſemper punctatam ַ, & præterea daghèſc in ſecunda radic. vt הִתְלַמֵּד docuit ſeipſum. Si vero ſecunda fuerit guttur. ſupplebit daghesc, vt Pièl per vocalem longam ante poſitam, vt הִתְחָרֵף pro הִתְחַרֵּף idq. in tota Coniug.

Quãdo verbum incipit ab aliqua ex his quatuor ש : צ : ס : ז : In formatione Hithpahèl ſeruatur hic ordo, vt inter ſyllabam הִת ponatur vna ex ſupradictis, ſic. pro הִתְשַׁחֲוָה הִשְׁתַּחֲוָה

Sed ſi prima eſt ז vel צ, tunc vltra mutationẽ prædictã fit alia mutatio, ſcilicet, quod in verbo incipiente a ז : tàu formatiua conuertitur in ד, & ſi a צ, tàu formatiua in ט conuertitur, idq. Euphoniæ gratia ſic,

הִתְסַבֵּב הִסְתַּבֵּב

הִזְדַּמֵּן : זַמֵּן
הִצְטָרֵף : צָרַף

Ex his patet, omne verbum poſſe conſtare quatuor Coniugationibus, & eodem modo conſtare ſeptem, quoad numerum. Primo enim modo ſunt tres actiuæ, tres paſſiuæ, & vna reciproca. Secundo modo omnes per ſe ſunt ſeptem Coniugationes.

POHEL פּוֹעֵל ſeu מְרֻבָּע *Quadrata*, eſt octaua coniug. in ordine.

Reperitur hęc Coniugatio in Verbis Perfectis rarò, ſed in Quieſcentibus Hàijn, & Duplicantibus ſæpius. Dicitur *Quadrata*, quia reduplicat tertiam radic. & ſic (cum tres tantum litteras radicales habeant Verba (& Nomina) perfecta, actu vel potentia) conſtat ex quatuor litteris, vt כּוֹן in Pohèl כּוֹנֵן ſic בּוֹן in Pohèl בּוֹנֵן: nō quia in ea addatur Vàu quarta littera, quæ eſt extra radicales, conſtitutiua tantum, & formatiua illius, & conſequens chòlem, quod eſt punctum peculiare, & proprium huius coniugationis.

Non formatur (vt quidam dicunt) hæc Coniugatio ſic: quia in Quieſcentibus Hàijn Vàu, Piel formanda eſſet hoc modo בִּוֵּן; & quia hæc coniugatio tota eſt dagheſſata, & Vàu dum quieſcit, non admittit dagheſc, ideo Nùn vltima littera rad. geminatur, & ſic formatur בּוֹנֵן. Reijce; Contra eſt. n. illud Pſal. 119. 28. קַיְּמֵנִי כִּדְבָרֶךָ ſic חוֹב ‧ חַיֵּב mulctauit, quæ non declinantur more perfectorum. & tamen vſitata ſunt.

Eius ſignificatio eſt Actiua, atque Paſsiua, בּוֹנֵן enim ſignificat intellexit, & intellectus eſt; ſic כּוֹנֵן firmauit, & firmatus eſt.

HITHPOHEL nona Coniugatio formatur a præcedenti, eiuſdē ſignificationis actiuæ, & paſsiuæ, ſed reciprocæ, & formatur eodem modo, atque Hithpahèl ab actiua Pièl, vt a בּוֹנֵן Hithpoèl הִתְבּוֹנֵן intellexit ſe, & intellectus eſt a ſe. רוֹמֵם Hithpoèl הִתְרוֹמֵם exaltauit ſe, & exaltatus eſt a ſe. Eſa. 33. 10. Sicq. in Duplicātibus, vt inf. ſuo loco.

De reliquis Accidentibus Verbo.

MODVS impropriè accidit Verbo iuxta Hebræos, ſed iuxta Latinos eſt triplex, Indicatiuus, impropriè; Infinitiuus, & Imperatiuus.

Indicatiuus non eſt in vſu apud Hebræos, & ſi nominatur, per præteritum עָבַר nominatur, vel per Benoni, quod ſignificat rem in ipſo fieri.

Infini-

Infinitiuus dicitur מָקוֹר, quaſi *fons*, vel *origo*, eſt enim fons aliorum temporum propter ſuam indifferentiam ſignificantię apud Hebræos; & capitur pro omni tempore, vt Pagn. lib. 1. cap. 4.

Imperatiuus dicitur צִוּוּי qui eſt duplex: quidam Deprecatorius vt חָנֵּנִי miſerere mei: alter comminatorius, vel Ironicus, vt שְׂמַח lętare iuuenis. Eccl. 11. 9. Sed hæc non ſunt huius loci.

TEMPORA עֵת ſunt, ſi propriè loquamur ex Hebræorum idiotiſmis, tria, *Præſens* quod הֹוֶה vel עֹמֵד ideſt, *ſtans*: Præteritum quod עָבַר: & Futurum quod עָתִיד dicitur. Impropriè ſunt ſex: Præteritum Benoni; Pahùl; Infinitiuus; Imperatiuus; & Futurum.

BENONI בֵּינוֹנִי ideſt, *inter medium* inter præſens, & Futurũ, intermediat enim ſignificatione, & diſtinguit inter vtrumque, Duplex eſt, actiuum pręſens, & vocatur פֹּעֵל *operans*; & Paſsiuum præſens, quod vocatur פָּעוּל Pahùl, ideſt *factum*, quod vſu venit in actiuis tantum coniugationibus.

PAHVL differt a Præterito paſsiuo Niphàl, quia Pahùl ſignificat habitum, perſeuerantiamq. rei, quæ fieri cœpit, & adſit, vt viſitatus, ideſt viſitari ſolitus. Differt etiam a Benoni Niphàl, quia hic ſignificat per modum actus, vt נִפְקָד viſitatus, ideſt, dum viſitatur.

Vel differt Pahùl a Niphàl, quia Præteritum ſignificat paſsionem factam iam diu, vel actionem de præterito factam. Benoni vero Niphàl, & Pahùl ſignificant paſsionem, dum fit, in ipſo fieri, ſed paſſiuè, & nota hoc.

Item differt ab Adiectiuo nomine, v.g. חָכָם ſapiens, ideſt qui habet tale accidens per longum tempus ante: מְחֻכָּם Prou. 31. vero ſignificat ſapientiam, qua quis ornatur in ea actione, quam facit.

EO carent verba Intranſitiua, illa ſcilicet in quibus actio non eſt diſtincta ab agente re, ſed idem eſt agens, & patiens, vt luxit, & ſimilia, vt diximus ſupra.

FVTVRVM, ſicut & Præteritũ radix eſt omniũ operationum, ac proinde frequẽter in ſacra Scriptura Futurum omnium temporum vices gerere, & ſupplere ſolet, ex Pagnino cap. 12. pag. 262. & F. Laurent. Villauicentio in ſuis phraſibus de futurorum & præteritorum permixtione, fol. 76.

Formatur vero in diuerſis coniugationibus diuerſo modo pręponi-

poſitis litteris אֵיתָן, vt infra.

NVMERI, qui מִסְפָּרִים dicuntur, Verborum duo tantum ſunt, Singularis, qui יָחִיד, & Pluralis, qui רַבִּים.

Numerus Singularis pro Plurali, & è contra.

Nota, in ſcripturis pluralem pro ſingulari frequenter poni, & è conuerſo. ex Pagn. lib. 2. c. 4. & Fr. Villauicentio fol. 142. Verum non ſemper ea vti debes, hæc enim regula multa occuparet myſteria in ſacris Litteris obumbrata, & Hebræis anſam ridendi præberet nimis latam, omnibusq. viribus euitandã, vt Deo dante in Lib. noſtro de ſenſibus ſacræ Scripturæ contra Hebræos, ſatis apparebit. Vnum pro multis narraſſe ſufficiat. Ioſ. vlt. verſ. 20.

לֹא תוּכְלוּ לַעֲבֹד אֶת־יְהֹוָה כִּי־אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא

Quem verſum explicauimus in ſacro Templo, & Oratorio Vener. Archiconfraternitatis ſanctiſsimæ Trinitatis Conualeſcentium, & Peregrinorũ die 10. Septemb. 1605. ad ipſoſmet Hebræos Concionẽ de more habentes. Si quis autem adſtruat talem regulam, ſingularem pro plurali, vel è contra, ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium ibi ſignatum (licet ſub velamine) negatur, quo audito Hebræi cachinnant. Hac ergo regula in ſcripturis explicandis contra Hebræos præſertim, ſatis cautè vtere.

GENERA Verborum duo item ſunt, Maſculinum, & Fœmininũ. excepto Infinito, quem carere diximus genere, numero, & perſonis.

PERSONÆ Verborum, quę נִקְרָאִים dicuntur, ſunt tres

Tertia		נִסְתָּר	ideſt abſens	
Secunda	quæ	נִמְצָא	ideſt præſens	ab Hebræis vocantur
Prima		מְדַבֵּר בַּעֲדוֹ	ideſt de ſe loquitur.	

Illis gaudent Præterita, Benoni, Pahûl, Imper. & Fut. Infin. vero eſt omnis perſonę, & generis, quia indefinitè ſignificat.

¶ Nota, quod omnes primæ perſonæ cuiuſcunque Verbi, Coniugationis, & Numeri (atque Pronominum) & omnes tertiæ perſonæ plurales Præteritorum, ſunt communis generis, & ita hoc tertium genus eſt addendum, ſi tamen addi debet. hoc enim commune genus propriè datur in nominibus ſpecierum & aſimalium, quæ carent vtraque formatione, tam in ſingulari, quam in plurali.

AFFIXA habent Verba, Inſeparata non ſecus, ac nomina, de quibus infra, explicatis Verbis, & Nominibus agetur. Gaudent etiam ſeparatis, vt בָּרָא אוֹתָם Geneſ. 1. 27. potuit enim dicere בְּרָאָם creauit illos.

Iam

Iam accedamus ad coniugandũ Verba Perfecta.

Verbum Perfectum ſimplex. לָמַד | *Verbum Perfectum primæ gutturalis.* עָבַר

Voco ſimplex, quod nõ conſtat ex gutturali; quod enim gutturalibus grauatur, variat quædam, quibus recte cognitis, ac memoriæ traditis, facilis eſt ſpeculatio, praxi ſuppoſita memoriæ. Itaque vnumquodque horum ſingillatim Tyrones addiſcant, & memoriæ mandari curent Magiſtri, vt regulas Variationis facilius addiſcant.

בִּנְיָן קַל *ideſt Coniugatio Kàl, ideſt leuis.*

הֶעָבַר, ideſt Pręteritum, & Radix.

didicit m. g.	ſeruiuit m.g.
לָמַד	עָבַד
ſti maſc.	
לָמַדְתָּ	עָבַדְתָּ
ui com.	
לָמַדְתִּי	עָבַדְתִּי
cerunt com.	
לָמְדוּ	עָבְדוּ
ſtis maſc.	Variat.
לְמַדְתֶּם	עֲבַדְתֶּם
mus com.	
לָמַדְנוּ	עָבַדְנוּ
dicit fœm.	
לָמְדָה	עָבְדָה
ciſti fœm.	Variat.
לָמַדְתְּ	עָבַדְתְּ
ciſtis fœm.	Variat.
לְמַדְתֶּן	עֲבַדְתֶּן

בֵּינוֹנִי Benoni.

diſcens maſ.	ſeruiẽs maſ.
לוֹמֵד	עוֹבֵד
tes maſ.	entes
לוֹמְדִים	עוֹבְדִים
diſcens fœ.	ens fœm.
לוֹמְדָה	עוֹבְדָה
vel	vel
לוֹמֶדֶת	עוֹבֶדֶת
ſcentes fœm.	tes fœm.
לוֹמְדוֹת	עוֹבְדוֹת

פָּעוּל Paul

edoctus maſ.	cui ſeruitur
לָמוּד	עָבוּד
cti 3. m.	Variat ſ.
לְמוּדִים	עֲבוּדִים
cta 3.fœ.	cui ſeruitur
לְמוּדָה	עֲבוּדָה
cte 3.fœ.	quibus uitur
לְמוּדוֹת	עֲבוּדוֹת

מָקוֹר Infin.

vel diſcere	ſeruire
לָמוֹד	עֲבוֹד
vel	
לְמוֹד	
In diſcere	In ſeruiendo
בִּלְמוֹד	בַּעֲבוֹד

ſicut diſcere	ſeruiendo
כִּלְמוֹר	כַּעֲבוֹר
ad diſcendū	ad ſeruiendū
לִלְמוֹר	לַעֲבוֹר
a diſcēdo, vel ne diſceret.	a ſeruiendo, vel ſeruire
מִלְּמוֹר	מֵעֲבוֹר

צִוּוּי Imp.

diſce m. 2. perſo.	ſeruito
לְמוֹר	עֲבוֹר
vel לְמוֹר	vel עֲבוֹר
diſcite maſc.	ſeruitote
לִמְדוּ	עִבְדוּ
diſce tu fœm	ſerui tu
לִמְדִי	עִבְדִי
diſc.	tote variat
לְמוֹרְנָה	עֲבוֹרְנָה

עָתִיד Futurum.

Ego diſcā, cō. gen.	
אֶלְמוֹר	אֶעֱבוֹר
ſcet, maſc.	
יִלְמוֹר	יַעֲבוֹר
ſces, maſc.	
תִּלְמוֹר	תַּעֲבוֹר
ſcemus com.	
נִלְמוֹר	נַעֲבוֹר
ſcent, comm.	יַעַבְדוּ
יִלְמְדוּ	& יַעֲבוֹדוּ
ſcetis, maſc.	תַּעַבְדוּ
תִּלְמְדוּ	vel תַּעֲבוֹדוּ
ſcet illa, fœ.	תַּעֲבוֹר
תִּלְמוֹר	
diſces, fœm.	
תִּלְמְדִי	תַּעַבְדִי
diſcent, vel fœm. diſcetis	
תִּלְמוֹרְנָה	תַּעֲבוֹרְנָה

vel per ∵ & ⁘ ſic אֶעֱבוֹר יֶעֱבוֹר תֶּעֱבוֹר נֶעֱבוֹר
יֶעֶבְדוּ תֶּעֶבְדוּ תֶּעֱבוֹר תֶּעֶבְדִי תֶּעֱבוֹרְנָה minus vſitatū.

Nota Hæc eſt regularis inflexio primò tradenda Tyroni; quum vero ſecunda vice percurret Grammaticem, has Exceptiones, & Variationes edocēdus, ne illius ingenium multitudine regularum obruatur.

Regulæ, & Exceptiones.

Nota Vnumquodque verbum, in qua coniugatione ſit vſitatius, lectione ſacrorum Codicum, ac Theſaurorum eſt obſeruandum.

De Prçterito.

לָמַד Hæc tertia perſona Præteriti formatur tribus modis.

Primus eſt communior, cum ָ & ַ Vt פָּקַד paucis exceptis quæ ſunt cum duplici ָ ָ vt עָמָד ſterit. pſal. 1. יָשָׁב ſedit, ibid. Secundus eſt cum ָ & ֵ vt חָפֵץ voluit. Tertius cum ָ & chòlem, vt יָכֹל potuit יָגוֹר timuit, & hic eſt rariſſimus.

Hæ exceptiones non ſunt principiò Tyronibus tradendæ.

למר

¶ ᵃ לָמַר ᵡ לָמְרוּ communiter acuuntur,vel (vt alij loquuntur) ſunt breues.ſed ſi habuerint ſophpasúch, vel Atnách,aut Zachèph,(paucis exceptis) patách,& ſceuà vertuntur in ־ָ & plurale penacuitur, vel eſt longū,vt בָּרָחוּ fugerunt. Eſa.22.3 וְנָפָלוּ pſal.20.9.ceciderūt.

Sic quando ſequitur monoſyllaba dictio, vt שָׁכַח אֵל pſal. 9.10 & pſal.105.20. שָׁלַח מֶלֶךְ eſt longa penultima: ſic פָּתַח עִוֵּר ibid. Contra יָשַׁב & עָמַד pſal.1.1.acuitur vltima.

¶ לָמַרְתָּ לָמַרְתִּי לָמַרְתְּ לָמַרְנוּ.	Secunda perſona præteriti ſingularis vtriuſque generis, & prima vtriuſque numeri eſt longa,etiam cum Vau conuertente Futurum in Præteritum, & penacuuntur, ſi memoratos habeant accentus,& — vertitur in ־ָ paucis exceptis, quę ſunt cum — vt וְשָׁבָעְתָּ Deuter. 8. 12. לָקַשְׁתְּ Pſal. 104.1. בָּחַרְתִּי pſal.119.30. יָדַעְתִּי Eſa.44.8

Cum Vau vero vertente præter. in Futur ſine prędictis accentibus eſt breuis, ſeu acuitur vltima, vt וְשָׁמַעְתִּי Deut. 4. 30. וְשָׁמַעְתָּ Exod. 22.26 וְלָקַחְתָּ & accipies. Exod.29. 26. Si vltima rad. fuerit gutturalis, erit cum — vt וְטָבַלְתְּ Ruth. 2.14.& intinges. שָׁמַעַתְּ Ruth. 2.8. audiuiſti? יָגַעַתְּ Eſai. 47.15.laboraſti, nec legitur ſceuà.

¶ לְמַרְתֶּם ſecunda pluralis ſemper eſt breuis,&acuitur. at

ᵇ לָמְרָה tertia fœminina acuitur, & eſt breuis. In hac voce, ſicut & in לָמְרוּ ſunt duo accentus, prior gángia, ideſt retinaculum, alter grammaticus; vnde camèz ſonat a, & non o, licet quandoque non ſcribatur ille prior accentus.

Sed cum prædictis accentibus eſt longa, vel penacuitur, & ſceuà mutatur in camèz, vt מָשָׁלָה pſal.103.20.dominata eſt: עָזָבָה Ezech.23.8.dereliquit.

Sic ſequente monoſyllabo, aut dictione longa, efficitur longa, & acuitur antepenultima, vt וָרְשָׁה צֶמֶר Prou.31.10.Quæſiuit lanam: נָטְעָה כָּרֶם ibid. plantauit vineam.

De Benonì.

ᶜ לוֹמֵר: Hic Vàu producendi gratia:quę in Infinit.& Futuro quandoque ſcribitur, & tunc dicitur מָלֵא plenum; Interdum non ſcribitur, & tunc dicitur חָסֵר Defectiuum,vt לֹמֵר & ſic de cæteris.

Tertia exiſtente ח, vel ע contrahitur, & ſecunda eſt cum — vt

שֹׁסֵעַ pro שׁוֹסֵעַ Leu. ij.26.findēs. רֹקַע pro רוֹקֵעַ Eſa.42.5.Et aliquā-do cum — & ·· extenſe, vt פֹּלֵחַ וּבֹקֵעַ pſal. 141.7. ſcindēs, & findens. De hoc infra in verbis perfectis, quorum tertia erit gutturalis; eſt enim appoſitum Euphoniæ, vel producendi gratia.

יוֹסִיף Reperitur Eſa. 29.14 pro יוֹסֵף Ego addens.

Reperitur etiam vox hæc cum ה paragogica.

¶ לוֹמְרָה Fœmin. eſt breuis ſiue acuitur, ſed aliquādo eſt penacuta ſequēte monoſyllabo, vt מוֹשְׁלָה־לוֹ Eſa. 40. 10. dominans ei. Sic cū dictione longa פֹּעֲלֵה אָוֶן Pſal. 92. 9. Interdum cum ·· vt בֹּגֵדָה Ier. 3. 8. בֹּעֵרָה ardens. Eſa. 34. 9. (præuaricatrix.

¶ לוֹמֶדֶת ſemper eſt longa. Cum prædictis accentibus prius ſegol vertitur in camèz, vt עֹמָדֶת Eccl. 1.4. terra ſtans, vel ſtat.

Tertia exiſtente ח vel ע vterque ſegòl vertitur in patàch, vt בֹּרַחַת Geneſ. 16. 8. Ego fugiens. שֹׁמַעַת Geneſ. 18. 10. audiens.

De Infinitiuo.

d לְמוֹר & לְמֹור vtroque modo formatur. ſic

פָּרוֹחַ florere. Eſa. 35.2. שְׁמָר־לְךָ Exod. 34. 11. cum camèz

שְׁמֹעַ Gen. 29.12. chatuph.

גָּדֵל cum camèz,& zère, creſcere, creſcendo. Gen. 26.13.

Cum hè ה paragogica, & diuerſis punctis.

לְמָשְׁחָה cum ָ: in prima, Exod. 29.29. ad vngendum.

לְרָחֳקָה cū ָ: in ſecunda Euphoniæ gratia. Ezec. 8.6. ad elongandū.

לִמְשָׁחֲךָ 1. Sam. 15. 1. Euphoniæ gratia, ad vngendum.

לְחֶמְלָה prima cum ֶ Ezech. 16.5. ad miſerendum.

לְרִבְעָה cum chìrech, ad cœundum. Leu. 18.

לְאַשְׁמָה cum patàch, Leuit. 6. .ad delinquendum.

לְתַאֲבָה cum patàch, pſal. 119.20. ad deſiderandum.

שַׁאֲלָה cum ſceuà. Eſa. 7. 11. interrogare.

Item nota, quod Infinitiuus ſemper eſt idem cum Imperatiuo in omnibus coniugationibus tàm actiuis, quàm paſsiuis, vt vides ex forma inflectendi. Cæterum Infinitiuo adduntur litteræ acciden-

dẽtales בְּכֻלָּם de quibus ſupra: (quibus etiã formantur Gerundia, ad morem tamen latinorum, vt ſupra monuimus, Hebræi enim illa non habent) quæ in Coniugatione kål ſubſcribuntur cum chirech; vt in ſuprapoſito exemplo: In omnibus alijs Coniugationibus cũ ſceuà. מ, ſequitur daghèſc, quod eſt ſignum abiecti nùn ex præpoſitione מִן, quæ ſequente gutturali punctatur ·· vt ſuppleatur daghèſc, quod illæ non admitttunt. Ex Tabula id cognoſces.

ſ לִלְמֹד Lilmòd; legitur littera, non tamen ſceuà, ne mutetur for-(matio vocis, & hoc nota.

De Imperatiuo.

f ¶ לְמֹד & פְּקֹד · ſed

עֲזֹב Pſal. 37.10. derelinque.

זְכָר־לִי Pſal. 25.7. cũ — maccàph.

שְׁמוֹר Deuter. 5. 12. cuſtodi.

שְׁלַח Pſal. 43. 3. cum —: mitte.

שְׁכַב & 1.Sam.3.9. dormi.

שְׁכַב Ibid. 6.

חֲכַם Prou. 6. 6. ſapiens eſto.

שְׁמַע Deut. 5.1. audi.
cum ה paragog.

קָרְבָה Pſal. 69.19.

סַעֲדָה 1.Reg.13.17. fulci cũ accẽtu

סְלָחָה Dan. 9.20. parce.

שִׁמְעָה Pſal. 17. 1. audi.

שְׁאָלָה Eſa.7.11. interroga.

עֶרְכָה Iob 33.5. præpara.

¶ לִמְדוּ : פִּקְדוּ Eſa. 1. ſed

שַׁחֲטוּ Exod.12.21. mactate.

מָשְׁכוּ cum camèz chatùph, mos non maſc. Exod. 12.21.

גִּזְרוּ 1. Reg.3.26. diuidite.

עִבְדוּ Ierem.20. ſeruite.

שִׁמְעוּ Eſai.42.18. pro שִׁמְעוּ.

חִדְלוּ Zac. 11.12. pro חִדְלוּ ceſſate

¶ לִמְדִי Diſce tu fœm. generis.

טַחֲנִי Eſai. 47. 2. mole.

מָלְכִי cum ‑ chatùph. Iud. 9.10.

שִׂמְחִי Ioèl 2. 2. lætare.

עִבְרִי Eſa. 23.10. tranſi.

חֶשְׂפִי Ibid. diſcooperi.

חָרְבִי Eſa. 42.27. deſola.

קָסֳמִי 1.Sam. 28. 9. diuina.

¶ לְמֹדְנָה diſcite, fœm. generis

סְפֹודְנָה & פְּקֹדְנָה Ier.49. plãgite.

שְׁמַעַן Gen. 4. 22. audite, ſine hè formatiua perſonæ.

De Futuro.

¶ אֶלְמוֹד facit etiam per patàch אֶפְקֹד יִפְקֹד תִּפְקֹד נִפְקֹד

אֶשְׂחָק Prou. 1.25. ridebo.

אֶשְׁאַב Gen. 24.19: hauriam.

אֶשְׁמָר־לוֹ Pſal. 89.29. & ſeruabo.

1 Monoſyllaba ſemper habent accentum, niſi ita vrgeantur per Maccàph שֵׁם־יְהוָה

2 Antepenultima nunquam eleuatur, niſi forte ob *Atbèmeracbir*, de quo in tractatu de Raphè.

3 Iſtæ formæ penacuuntur tam in diſſyllabis, quam polliſyllabis.

בֶּגֶד Veſtis,	קֹדֶשׁ ſanctitas.	כַּפֹּרֶת propitiatoriũ.	מַמְלֶכֶת regnum.
סֵפֶר liber.	נַעַר puer.	פּוֹקֶדֶת viſitans.	תִּפְאֶרֶת pulchritudo.

quia ſunt eiuſdem formæ.

4 Duæ in Quieſcẽtibus Hàijn מָוֶת mors, בַּיִת domus. Totidem in Quieſcentibus Lamèd Hè חֳלִי Infirm. תֹּהוּ inane.

5 Cæteræ habent accentum in vltima. Vide ſupra Tabulas Nominum.

Nomina

6 Nomina pluralia tam maſculina, quam fœminina habent accentũ in vltima. דְּבָרִים צְדָקוֹת Dualia in penultima יָדַיִם יוֹמַיִם

7 Particulæ inflexiles his tenentur nominum legibus.

תַּחַת ſub. נֶגֶד è regione. עַל ſuper. אֶצֶל apud. אַחֲרֵי poſt.

8 Regulæ Accẽtuum in Verbis, & quantitas dictionum penes longum, & breue; ſeu an ſint acutæ, vel penacutæ, vel circumflexæ, ſuperius poſitæ ſunt in Coniugationibus.

DE NVMERIS HEBRÆORVM.

Hebræi numerant per litteras, ſicut & Græci. Primus earum Nouenarius ſignificat Vnitates; ſecundus Decurias, reliquæ quatuor cum quinque finalibus Centurias: etiam ſi quinque poſtrema centenaria aliter deſignari poſſint. Hæc omnia ſubiecta in Tabula perſpicies.

Millenaria.			Centuriæ.				Decuriæ.			Vnitates.		
α	1000	א̈	ρ	100	ק		ι	10	י	α	1	א
			σ	200	ר		κ	20	כ	β	2	ב
β	2000	בא̈	τ	300	ש		λ	30	ל	γ	3	ג
γ	3000	גא̈	υ	400	ת		μ	40	מ	δ	4	ד
δ	4000	דא̈	φ	500	ך	vel תק	ν	50	נ	ε	5	ה
			χ	600	ם	רת	ξ	60	ס	ϛ	6	ו
ε	5000	הא̈	ψ	700	ן	שת	ο	70	ע	ζ	7	ז
			ω	800	ף	תת	π	80	פ	η	8	ח
			ϡ	900	ץ	תתק	ϟ	90	צ	θ	9	ט

Componunt vero ſic.

Millenarias.			Centurias.		Decades.		Vnitates.	
1001	א	א̈	101	קא	21	כא	11	יא
			102	קב	22	כב	12	יב
1002	ב	א	103	קג	23	כג	13	יג
1003	ג	א	104	קד	24	כד	14	יד
			105	קה	25	כה	15	טו
1004	ד	א̈	106	קו	26	כו	16	יו
Et ſic de cæteris, prout ex eorundem libris.			107	קז	27	כז	17	יז
			108	קח	28	כח	18	יח
			109	קט	29	כט	19	יט

Nomi-

Nomina Numerorum.

Fœminina. *In regimine*		Fœminina. *Abſoluta.*	Maſculina. *In regimine*		Maſculina. *Abſoluta.*
	Vna.			Vnus.	
אַחַת		אַחַת	אַחַד	1	אֶחָד אַח חַד
שְׁתֵּי	duæ.	שְׁתַּיִם	שְׁנֵי	2	שְׁנַיִם
שְׁלֹשׁ	tres f.	שָׁלֹשׁ	שְׁלֹשֶׁת	3	שְׁלֹשָׁה
	quatuor.	אַרְבַּע	אַרְבַּעַת	4	אַרְבָּעָה
חֲמֵשׁ	quinque.	חָמֵשׁ	חֲמֵשֶׁת	5	חֲמִשָּׁה
	ſex.	שֵׁשׁ	שֵׁשֶׁת	6	שִׁשָּׁה
שְׁבַע	ſeptem.	שֶׁבַע	שִׁבְעַת	7	שִׁבְעָה
	octo.	שְׁמֹנֶה	שְׁמֹנַת	8	שְׁמוֹנָה
תְּשַׁע	nouem.	תֵּשַׁע	תִּשְׁעַת	9	תִּשְׁעָה
עֶשְׂרֵה	decem.	עֶשֶׂר	עֲשַׂר & עֲשֶׂרֶת	10	עֲשָׂרָה

Fœminina A decem vero vſque ad viginti. *Maſculina.*

11		אַחַת	11		אַחַת
12		שְׁתַּיִם	12		שְׁתַּיִם
13		שְׁלֹשׁ	13		שְׁלֹשׁ
14		אַרְבַּע	14		אַרְבָּעָה
15	עֶשְׂרֵה	חֲמֵשׁ	15	עָשָׂר	חֲמִשָּׁה
16		שֵׁשׁ	16		שִׁשָּׁה
17		שְׁבַע	17		שִׁבְעָה
18		שְׁמֹנֶה	18		שְׁמֹנָה
19		תְּשַׁע	19		תִּשְׁעָה

Sic à viginti vſque ad centum, niſi quod interponitur ו copula, vt

21	וְעֶשְׂרִים	אַחַת	21	אֶחָד וְעֶשְׂרִים
71	וְשִׁבְעִים	אַחַת	71	אֶחָד וְשִׁבְעִים

אחד

95	חָמֵשׁ וְתִשְׁעִים	82	שְׁנַיִם וּשְׁמוֹנִים
66	שֵׁשׁ וְשִׁשִּׁים	97	שִׁבְעָה וְתִשְׁעִים

Nam à viginti ad Centum ſunt communis generis.

50 חֲמִשִּׁים	40 אַרְבָּעִים	30 שְׁלוֹשִׁים	20 עֶשְׂרִים
90 תִּשְׁעִים	80 שְׁמוֹנִים	70 שִׁבְעִים	60 שִׁשִּׁים
300 שְׁלוֹשׁ מֵאוֹת		200 מָאתַיִם	100 מֵאָה
600 שֵׁשׁ מֵאוֹת		500 חֲמֵשׁ מֵאוֹת	400 אַרְבַּע מֵאוֹת
900 תְּשַׁע מֵאוֹת		800 שְׁמֹנֶה מֵאוֹת	700 שְׁבַע מֵאוֹת
&c. vſque ad	3000 שְׁלוֹשֶׁת אֲלָפִים	2000 אַלְפַּיִם	1000 אֶלֶף
	100 millia רִבּוֹ רִבֹּן	20 millia רִבּוֹתַיִם	10 millia רְבָבָה
vel, multa millia	רִבֹּאוֹת	רְבָבוֹת	רִבּוֹת
Septuplum	שִׁבְעָתַיִם	Quadruplum	אַרְבַּעְתַּיִם

Numeri Ordinales.

Fœminini		Maſculini	
Prima	רִאשׁוֹנָה & רִאשׁוֹנִית	Primus	רִאשׁוֹן
Secunda	שֵׁנִית & שְׁנִיָּה	Secundus	שֵׁנִי
Tertia	שְׁלִשִׁית & שְׁלִשִׁיָּה	Tertius	שְׁלִישִׁי
Quarta	רְבִיעִית	Quartus	רְבִיעִי
Quinta	חֲמִישִׁית	Quinctus	חֲמִישִׁי
Sexta	שִׁשִּׁית	Sextus	שִׁשִּׁי
Septima	שְׁבִיעִית	Septimus	שְׁבִיעִי

Octaua	שְׁמִינִית	Octauus	שְׁמִינִי
Nona	תְּשִׁיעִית	Nonus	תְּשִׁעִי
Decima	עֲשִׂירִית & עֲשִׂירִיָּה	Decimus	עֲשִׂרִי

Et ſic vſque ad Decem. A decem enim deinceps vtuntur Cardinalibus Ordinalium loco אַחַד עָשָׂר vndecimus שְׁתֵּים עָשָׂר duodecimus, &c. Cardinalia enim inde Ordinalia indifferenter eſſe poſſunt. Quod ſenſu communi facilè diſtinguetur.

Regulæ.

1 Cardinalia,& Ordinalia diuerſam habent formam;& quæ termi nant in Hè præcedēte camèz, ſunt maſculina,& regimen propriè non habent, ſiue deſinant in ה præcedente patàch, ſiue in ה præcedente ſegòl, ex R. Dauid: fit tamen illa mutatio ad modum regiminis.

E contra Numeralia,quæ deſinunt more maſculino,ſunt fœminina. A viginti vero, & deinceps ſunt communis generis.

2 Ordinalia maſculina deſinunt in Iòd, fœminina in יָה aut יִת & hoc vſque ad decimum ordinem Ordinalium.

3 Ab vndecim & deinceps ita numerant Hebræi, vt prius ponant minores numeros, deinde maiores, vt

annos. centum & octo annis, quadraginta Kenán & Vixit

וַיְחִי קֵינָן אַרְבָּעִים שָׁנָה וּשְׁמֹנֶה מֵאוֹת שָׁנָה

4 Numeralia Cardinalia,ſi pluralia ſunt,& præcedant,ſingulare ſibi aſciſcunt, vt שְׁמֹנִים וַחֲמִשָּׁה אִישׁ 1.Reg.22. octuaginta quinque homo ideſt,homines. Si ſingularia,plurali iunguntur vt. וַיַּעֲנוּ חֲמֵשֶׁת הָאֲנָשִׁים & reſponderunt quinque viri. Iud. 18.& alibi ſæpe.Fallit in nomine *duorum*, vt שְׁנַיִם כְּרֻבִים Exo. 25. duo. Quod diſtinguendo dicimus, ſi habent terminationes pluralis,coniungi debent cum ſingulari: ſi vero habent terminationes ſingularis (cum tamen pluralia ſint) coniunguntur pluralibus,& ita regula intelligenda eſt.

5 Additur illis ה demonſtratiuum, vt הַשְּׁלִשִׁי 2. Reg.23. tertiarius, & הַשֵּׁנִי Gen.7. in ſecundo

6 A prædictis Numeralibus deriuātur Ordinalia, pro quibus paſſim Sacra Scriptura vtitur Cardinalibus, vt יוֹם אֶחָד dies vnus, ideſt primus,&c. Gen. 1.

7 Ordinalia fœminina dicuntur שֵׁם חֵלֶק *nomen partis*, quia ſicut vertimus & dicimus,primus,prima, ſecunda, tertia: ſic

poſſu-

poſſumus dicere, ſecunda pars, tertia pars, quinta pars, &c. vſque ad decem.

DE RADICIS VERborum inuentione.

AD conſtructionem faciendam conducit ars, ſiue modus inueniendi Radicales in qualibet dictione data, & ad illas (tanquam ad fontem) reducere verba, & nomina quæcunque, nam v. g. סור recedere: יִסַּר caſtigare, ſunt ſimillima in litteris, ſed in ſignificatione diuerſa.

Pręſuppoſita igitur diuiſione litterarum in *Radicales*, & *Seruiles* notandæ ſunt vndecim, quę ſemper de Themate, & radice verbi ſunt גט חסר קצר זעף Hę enim nunquam erunt ſegregandę. Quæ vero *Seruiles* dicuntur מֹשֶׁה כהב אלינו Hę ſunt radicales, & ſeruiles. Nam notant Tempora, Modos, Coniugationes, Genus, Numerum; ſunt paragogicæ; & affiguntur in fine perſonarum in Verbis, & Nominibus, vt iam dictum eſt.

Ex his vndecim א י ת ן ſunt nota Futuri ab initio

ב כ ל ם Infinitiuorum.	ה Hiphil, & Hophàl, & Infinit.
נ Niphàl.	Imper. Niphàl.
ם Benoni, & Pahùl.	הת Hithpahèl.
י Iòd, Hiphil.	

Hæ verò ש א כ ל licet in dictionis initio deſeruiant, in medio tamen, & fine ſemper ſunt de Themate.

מ נ ו כ ה In principio, & fine ſeruiunt, in medio vero ſemper ſunt de radice, excepta Vàu, quæ conſequitur chòlem.

ח ו י ſemper radicales eſſe poſſunt.

Data ergo quęlibet vox, reducenda eſt ad tres radicales, demptis & quandoque additis reliquis litteris: V.g. וַיִּפְקְדוּ Primo reiice Vàu, eſt enim copulatiua, & Iòd, quæ eſt nota futuri tertiæ perſonę. Item abijce Vàu vltimam formatiuam perſonę pluralis, remanet פָּקַד radix verbi.

Sed ſi ſuperſunt duæ tantum litteræ, pręponenda eſt littera Vàu, vel Iòd, frequenter tamen Vàu, raro Iòd: vel adde Vàu, vel Iòd, Hè tamen poſtpoſito, vt in Verbo רוּץ & רָצָה in illa voce וַיָּרֻצוּ & cucurrit. Si enim excludis Vàu Copulatiuum, & Iòd notam tertiæ perſonæ futuri, remanent duæ litteræ רץ quibus potes poſtponere ה, vel interſerere Vàu, atque vtrumque thema elicies.

5 In hac verò וַתִּפֹּל Dempta Vàu, & ת formatiua Futuri, remanet פֹּל cum daghèſc in Pè, quod quia otioſum non eſt, indicat aliquam litteram deficientem, quę imm ediate pręcedere debebat: vel ergo eſt Nùn vel Iòd, & ſic ex regulis Grammaticę conſtitues נָפַל radicem: nam ſi יָפַל eſſet radix, & defectiuum, debet eſſe ſecunda ע vt habes ſupra.

Vbi vero remanet vnica tantum, Exempli gratia, וַיֵּבְךְּ dempta Vàu, & Iòd prioribus, vt ſupra; & vltima Vàu, quæ formatiua perſonę eſt, remanet כ tantum: confugiendum eſt tunc ad regulas ſuperiores, a quibus nempe Verbis, & Futuris ſoleat fieri huiuſmodi abiectio, quę regula ſatis ad hoc conducet: Nam quod dicunt aliqui, Adde hoc, & Adde illud, Deme hoc, & Deme illud, pręſupponit doctrinam, & exercitationem diuturnam, quæ in Tyronibus non ſunt.

Ad extremum, vt facilè inuenias Radices Verborum, & Nominum, noſſe debes optimè fundamenta, & regulas primas Grãmaticæ; hoc enim maximę vtilitati eſt: Tum verò cum Præceptore ſæpe ſępius Syntaxis exercitationi vacare: nam prolixiorem ſermonem requireret hic tractatus.

Verum ne, & hoc à nobis genus omninò intermiſſum videatur, ſi quis capere poterit, Infra poſitas regulas adnotabit, vt maxima cum facilitate, & Radices, & ſignificationes eorundem reperire valeat.

1 Primum omnium ſciendum, quod omne *Thema*, ſeu *Radix* Hebreæ linguæ conſtet tribus litteris *Subſtantialibus*, vel *Radicalibus*, ſicut per totum Dictionarium cernis, id quod non ſine magno miſterio nonnulli factum opinati ſunt. Nam vt vna eſt dictio, & ea tribus ſubſiſtit litteris Radicalibus, ita vna eſt diuina eſſentia tribus perſonis realiter diſtincta.

2 Proinde dictiones, quæ pluribus litteris Radicalibus conſtant, quàm tribus, aut quatuor, non ſunt Hebraicæ ſimplices, ſed mixtæ, vel peregrinæ, vt quidam ſenſerunt, vt

אֲדַרְכֹּן אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ אַרְתַּחְשַׁשְׁתָּא מִתְרְדָת פַּתְשֶׁגֶן

Quædam verò res inueniuntur per quædam vocabula declarata, & pluribus conſtant litteris quam tribus, vt אוב אמון

אַלְגֻּמִּים אַלְמֻגִּים אַרְגָּמָן כַּרְמִיל כַּרְפַּס מְגוֹר סָרִים פִּטְדָה

צְפַרְדֵּעַ Ego vero non ſum in ſententia horum dicentium has voces omnino peregrinas eſſe, & aliunde inuectas. Quo enim fundamento hoc probant? aut quid repugnat quædam

dam vocabula exprimi per quatuor, aut quinque litteras? forte hoc pactum diuinum eſt cum hac lingua? ſed proferant legem? An non omnes dicunt, reduci has radices pluriſyllabas ad tres, quod etiam commodè & rectè fit? ergo non ſemper dictio conſtans ex pluribus, Hebræa non erit.

Litteræ dictionum conſiderandæ ſunt, quibus inſtrumentis proferantur. Nam quæ eodem Inſtrumento pronunciantur, candem plerumque habent ſignificationem, vt

גְּרוֹת נְבַל זָרָה פָּרַח לֵיל שָׁלַח שְׁרַמַח כָּבַר
יְרוֹת נָפַל זָרַע פָּרַע לֵיל שָׁלָה שְׁרַפָּה מָכַר

רָגַל עָלַז מָלַט גָּרַשׁ
רָכַל עָלַם פָּלַט יָרַשׁ
רָגַן עָלַץ

Sic etiam litteræ אחוי conſtituunt dictiones eiuſdem ſignificationis,

אָזַל אָשַׁר יָלַד אָשַׁם קָרָא קוּם הָלַךְ כּוּן
יָזַל יָשַׁר וָלַד יָשַׁם קָרָה קָאם יָלַךְ כִּין

שִׁית שׁוֹת; שִׂים & שׂוּם In quarum radicum inuentione ſæpe quis poteſt confundi, cum tamen ſi diuerſo modo conjungetur, diuerſam conſtituat ſpeciem, & è contra, ſi ad hanc ſpeciem reducatur, ſecundum illam ſit inflectendum.

6 Sunt etiam aliæ quædam litteræ, quæ etſi non ſint eiuſdem Inſtrumenti, pronunciatione tamen conueniunt, & propter ſoni affinitatem congruunt ſignificatione, vt

גָּבַר חָמַר רָגַם מִגְדָּנוֹת כָּנַע
עָמַר רָעַם מַעֲדַנּוֹת צָנַע

7 Reperiuntur quædam dictiones, quæ cum litteras pictura ſimiles habent, etiam ſignificatione conueniunt, vt

פָּלַח בָּצַר דָּרְבָן יָכַח רָאָה טָעַן
גָּלַח נָצַר דָּרְבָן נָכַח רָאַח שָׁעַן

8 Eſt & Metatheſis litterarum conſideranda. Nam hæc vel modum ſignificandi mutat, vt תִּירֹשׁ muſtum, & מִשְׁרָה quilibet ſuccus vuis expreſſus, non muſtum tantum: תִּשְׁרִי Menſis

ſis ſeptimus, à muſto quod illo menſe pelliculas calcando expellitur. Vel contrariam infert ſignificationem, vt

חָרַם רָאָה חָמַץ זָנַק מָעַד עָכַךְ

רָחַם יָרֵא מָחַץ זָקַן עָמַד עָכַר

9 Si qua ſe offerunt verba, in quibus vna, aut duæ, aut tres litteræ ſimiles, ſed tamen forma nonnihil mutata eſt, vel ſymboliſmo, vel tranſpoſitione, vel variatione litterarum, eandem habent ſignificationem, & nonniſi modo ſignificandi inter ſe differunt, ſed Radix diuerſa ſemper conſtituenda. Exempli gratia: עוֹל עָלַל עָלָה יָעַל נָעַל Quanquam vnicum verbum reduci poteſt ad duas claſſes, & ſecundum illas inflecti, vt dixi ſupra. Hæc omnia aſcenſionem, ſeu ſuperioritatem ſignificant, alia tamen, atque alia ratione. Item תָּאַב & טוֹב יָטַב אָב אָבִי אָבִיב · אָבָה בּוֹא יָבַב נוֹב Hæc omnia ſignificant beneuolentiam, deſiderium, affectum, promptitudinem, fœcunditatem, fructificationem, prouentũ, tamen diuerſimodè.

Item עוֹב עָבָה עָנָב בָּעָה בָּעַת quæ ſignificant perplexitatem, denſitatem, intricationem, ſed alio, atque alio modo ſignificandi.

Item אָשַׁם יָשַׁם נָשַׁם שׁוּם שָׁמַם נָשַׁב נָפַשׁ נָשַׁף quæ ſignificant generaliter flatum, ſed ſpecialiter & alia ratione aliud atque aliud, vt patet in Theſauris.

Sic דָּאַב אָרַב אָבַר quæ ablationem ſignificant, ſed diuerſo modo ſignificandi, mœrere, contriſtari, &c.

Item עוּג & עָגַם aduſtionem. Item גָּשַׁשׁ & גָּשַׁם מָשַׁשׁ נָגַשׁ quæ palpationem, ſeu attrectationem notant.

Item גָּלָה & גָּלַל & גּוּל & גָּאַל quæ volutationem, reuolutionem, reuelationem generaliter ſignificant, verum in ſpecie, redimere, & aliquid aliud. Eſt autem hæc regula valde vtilis, ſimul enim multorum addiſcitur ſignificatio, & memoriam adiuuat, vt fidelius retineantur. Deinde ad inueniendas radices prodeſt quamplurimum. Tertio, ne eiuſmodi verbis plures tribuamus ſignificationes.

10 Littera Aleph per Protheſin appoſita fit aliquando ſubſtantialis, & iterum abijci poteſt ſeruata ſignificatione, vt אָדָם אֲרַשׁ אִשָּׁם

11 Similiter littera ב fit nonnunquam radicalis, vt בְּרִיחַ בָּעַל בעז

בָּגַר בָּעַז Et aliquando iterum abijcitur, vt à Verbo בָּזַז formatur Nomen זִיז. Item à Verbo בִּזֵּר fit nomen זַרְזִיר & à Nomine בַּזָק fit זִקִּים quod alij à זָקַק deducunt.

12 Item littera ל fit aliquando ab initio radicalis, & iterum abijci poteſt ſeruata ſignificatione, vt לְאֹם לְשַׁר לְעֻמַּת לַעֲנָה à Verbo לָכַד כַּד כַּדְכֹּד

13 Item מ littera ab initio Verbi appoſita, conſtituit aliquando thema, & iterum abijci poteſt ſeruata ſignificatione, vt מָנַע amouere: מָאֵן abnegare, recuſare.

14 Abijcitur etiam interdum littera ת radicalis, vt à פָּתַח aperire, tranſpoſitione litterarum fit פַּחַת fouea ſcilicet aperta, & פַּח laqueus.

15 Multa ſunt Nomina, quæ vel additione, vel ablatione litterarum modum ſignificandi mutant, vt דָּם אָדָם אֲדָמָה

16 Sunt quædam nomina tetragrammata, ex quibus ſi litteram penultimam exemeris, quæ non eſt geminata, aut radicalis, aut ſeruilis, tum habes ipſorum themata, ſeu radices, & ſignificationes, vt אַרְגָּז גִּבְעֹל חַרְמֵשׁ חַשְׁמַל פַּרְעֹשׁ

כַּרְכֹּב כַּפְתּוֹר סַלְעָם אֲלֻמָּה קַרְדֹּם שַׁאֲנָן

אַרְפֶּל פִּלֶּגֶשׁ מִשְׁתֶּה צִנְתֹּר חַשְׁמַנִּים חַרְטֻמִּים

רַפְסֹדוֹת שַׂרְעַפִּים

E contra Verba, ſeu Participia tetragrammata ſignificationem ſumunt contrariam, vt כִּרְסֵם exuineauit, deſtruxit, a nomine כֶּרֶם Item פַּרְשֵׁז expandit, continuauit, condemnauit, à verbo פָּרַשׁ ſeu פִּזֵּר Item מְחֻסְפָּס decorticatum, detectum, ſeu excuſſum ex auro.

17 Sunt etiam conſideranda nomina quinque litterarum, quæ à Verbis deducta, primam radicis litteram in altera geminatione abijciunt, vt אֲסַפְסֻף הֲפַכְפַּךְ חֲבַרְבּוּרָה עֲקַלְקַל יְפֵהפִיָּה יְרַקְרַק חֲפַרְפֵּרוֹת אֲדַמְדָּם שְׁחַרְחֹרֶת פְּקַחְקוֹחַ In his tres primæ radicales ſunt, reliquæ additæ ſeu geminatæ ad maius aliquid ſignificandum.

Plura ex Theſauris, & Dictionarijs.

DE

DE ARTE POETICA.

PAucis datur adire Corynthum. Et quidem ars Poetica apud Hebræos difficilis eſt; & pauci ex Latinis eò peruenire ſtudent: ne tamen illud genus conſultò prætermiſiſſe videamur, in gratiam eorum, qui & hoc conſequi volent, nonnihil dicturi ſumus.

Plura Carminum genera in ſacris Biblijs leguntur; & ſacri Vates carminibus plura (vt dicam, omnia) ſancto Spiritu dictante mandarunt. Eius tamen veteris poeſeos leges hucuſque ignorarunt Hebræi; & nos de illa non agimus. De varijs autem Hebræorum Modernorum generibus Carminum hæc adnotato. 1. Non attenditur in illis carmen Pentametrum, Iambicum, Heroicum, Dactylum, Anapeſticum, Dactylo contrarium, Chorambicum, & illa quæ ab Auctorũ nominibus denominationem ſumpſere: ſed tantum coordinatio quædam, & varia carminis diſpoſitio, & delectabilis ſyllabarum interciſio, quodam elegantiæ ſale condita.

2 Carmen partiuntur in duo membra ſyllabis paria, & ſimiliã. Prius appellant דֶּלֶת *Oſtium*, illinc enim verſum ingredimur: poſterius סוֹגֵר *Clauſura*, quòd hæc pars claudat verſum, & terminet.

3 Totus verſus dicitur בַּיִת *Domus*, habens oſtium, & interiorã ad extremum vſque parietem, & porta, atque tecto clauſa; quæ ſunt דֶּלֶת & סוֹגֵר. Dèleth, & Sògher inter ſe rythmo modò conueniunt, modò non conueniunt. Satis enim eſt, vt in rythmum (quod Italicè *cadenza ſteſſa* dicitur) incurrant duo verſus, quorum vnumquemque diximus appellari בַּיִת domus, &c. Exemplum in noſtris eſt illud, ſi tamen diuidas:

Contra vim mortis. Non eſt medicamen in hortis.

Exemplum rythmi illud, non diuidendo:

Si vis incolumem, ſi vis te reddere ſanum,
Curas tolle graues, iraſci crede prophanum.

Qui tamen rythmus diuerſimodè connectitur, vt infra.

שְׁמַע קוֹלִי אֲשֶׁר תִּשְׁמַע בְּקוֹלוֹת } Domus ex { Portã.
וְהָאֵל הַמְקַבֵּל הַתְּפִילוֹת } { Clauſurã.

Totus hic verſus dicitur Domus vna integra clauſã.

4 Vtrumque membrum conficitur, vel ex תְּנוּעָה *Motione*, &

יתד

יָתֵד clauus, contrave, quale carmen nuncupatur *Mixtum*, vel ex ſolis תְּנוּעוֹת & tale habetur *Simplex*.

Hæ enim duæ tantum ſunt dimenſiones, ſiue pedes, quibus progrediuntur in verſibus faciendis.

4 תְּנוּעָה ideſt *Motio* eſt ſyllaba, quæ conſtat vna decem motionũ לֵךְ vade, לָךְ tibi, לוֹ ei, כֹּל totum. יָתֵד *Clauus*, continet duas ſyllabas, quarum prior ſignatur ſceuà mobili, poſterior vna decem motionum, quaſi noſtrorum Iambo reſpondeat, פְּקוֹד viſita, אֱמֶת veritas. Eundem pedem denominat Vau copulatiuum, cum initio habet ſciùrech ante litteras בומף Verbi gratia וּפָר & iuuencus, erit Iathèd.

Verum hoc genus carminis difficile eſt: & ſceuà ponitur tantum in principio *Portæ*, vt ex exemplis.

5 His duobus Pedibus aliqui tertium addunt, nempe מְרֻכֶּבֶת *Dictio compoſita*, ex Iàthed ſcilicet & Motione, vt דְּבָרִים מְלָכִים reges. עֲבָדִים. Verum nihil eſt neceſſe, cum ſcandendo, reſolutio in duos ſuperiores fieri commodè poſſit.

6 Pictoribus atque Poetis omnia licent ex Horat. Solent igitur Poetæ dictionem aliquam ex triſyllaba diſſyllabam, & ex diſſyllaba facere monoſyllabam, intermittentes lectionem ſceuà alioqui mobilis, & quieſcentem reddentes, idq. vt aptent ſyllabas ad menſuram pedum, contrahendo vel protrahendo. Præterea vocales mutãt, longas in breues, & breues in longas, & accentum pauſatiuum, vbi libuerit, affigunt. Et hoc nota in ſcandendis verſibus apud Rab. Emanuel. Vau ſciùrech item in principio ponunt, vbi Vau ſceuà (peculiari puncto) pronuntianda erat patàch eandem ob cauſam.

Quæ autem tradit Raimundus Mithridatus Romanus de Tropis Hebraicis, de Tono, Tempore, Paſſione, & Spiritu ſyllabarum: Item quod Tonus triplex ſit, Acutus, Grauis, & Circumflexus; ſubtilis & acuti ingenij ſunt, & laude digna: verum quia pariunt confuſionem magis, quàm diſcendi animos faciant, conſultò omitto.

7 Ex varia collocatione Motionum, ſeu ſyllabarum, & Iamborũ, ſiue Iethedòt, Rabini decem & octo (vel plura) carminum genera conſtituunt. Primum appellatur *Simplex*, quod careat ſceuà mobili, vt apud Moſem Ben Maimonis.

Sògher. Dèleth.

רַעְיִ הוֹלֵךְ לַנְחוֹת דֶּרֶךְ יוֹשֶׁר לְסַלּוֹל . אֶת מְסִלּוֹלָה

1 *Mens mea contendit* 2 *adducere ad viam*

3 *Rectitudinis, ſternere* 4 *viam tritam*.

Quæ duo membra vnicus Verſus ſunt, ſiue Domus, vt vides, relicto inter vtrumque ſpatio, vt quatuor per ſe, ſingula membra ſpectentur, et quàm inter ſe numero ſyllabarum conueniant, melius poſſit intelligi.

Quæ tamen multitudo ſyllabarum ab vnoquoque, prout expediet, fingi poteſt; & patebit exemplis.

8 Alterum conſtat minima compoſitione è Iathèd, & quatuor motionibus, ſingulis in membris, vt illud Abèn Ezræ.

נָדוֹד הֵסִיר אוֹנִי וְהִכְהִיל רַעְיוֹנִי

& perturbauit cogitationem meam. Vagatio abſtulit robur meum,

וְשָׂת פִּי וּלְשׁוֹנִי אֲסוּרִים בְּזִיקִים

ligatam in compedibus, Et poſuit os & linguam meam,

9 Reliqua maiori permixtione conſtantur, vt è Iathèd & quatuor motionibus; Iathèd, & duplici motione, & alijs. De quibus vide cęteros in lib. de Verſibus.

Exempla diuerſorum Generum ex R. Emanuelis de Arte Poetica, ſiue Canticorum libro, vt quiſque in illis exarandis ſe exercere valeat nunc ſubijciemus.

Ex

Ex R. Emanuèl Bèn R. Salomonis.

Prioris Carminis Genus, quod Simplex eſt, ſine ſceuà mobili.

Menſura talis eſt. Sògher. Dèleth.

— —

4	3	2	1
וּמָצָא בּוּז וְקָלוֹנִים	חֶרְפָּתוֹ לֹא תִמָּחֶה	לוֹ בֹּשֶׁת הַפָּנִים	מָצָא אִשָּׁה מָצָא
8	7	6	5
תָּצִיץ מֵחֲלוֹנִים	תַּשְׁקִיף מִן חָאֶשְׁנָב	תַּפְרִישׁ כְּצִפְעוֹנִים	הִיא תִשּׁוֹךְ כְּנָחָשׁ

Hoc eſt, 1 Qui reperit mulierem reperit 2 ſibi confuſionem facierum 3 Opprobrium eius non delebitur, 4 Inueniet contemptum, & vilitates.
5 Ipſa mordet vt ſerpens 6 Diuidit ſicut Baſiliſcus 7 Reſpiciet de feneſtra, 8 Proſpiciet per cancellos. Reliqua vide apud eundem.

Secundum Genus. Carmen Compoſitum.

Menſura.

— — —⌣ — — —⌣ — — —⌣ — — —⌣ — — —⌣ — — —⌣ — — —⌣ — — —⌣

8	7	6	5	4	3	2	1
בְּעַצְמוֹתָי	מְאֹד עָצוּר	כְּאֵשׁ בּוֹעֵר	וְתוֹךְ לִבִּי	זְמַן סוֹעֵר	בְּתַחְבּוּלוֹת	וְלִבִּי עֵר	אֲנִי יָשֵׁן
16	15	14	13	12	11	10	9
חליפותי	ואזכור בו	וחכמותי	וקורותי	וערמותי	תבונותי	מזימותי	ביום זכרי

Hoc eſt, 1 Ego dormio, 2 & cor meum vigilans 3 in fallacijs 4 temporis turbati. 5 Et medium cordis mei 6 ſicut ignis ardens 7 valde clauſus 8 in oſſibus meis.
9 In die memorari mei 10 cogitationes meas, 11 intellectiones meas, 12 aſtutias meas, 13 accidentia mea, 14 ſapientias meas, 15 Et recordabor in eo 16 mutationis meæ.

Tertium Genus. Carmen Simplex abſque ſceuà mobili.

Sògher. Dèleth.

Menſura talis eſt. — — — — — — — — — — — — — — — —

1 רְאִיתִי הַ 2 שֶׁמֶשׁ יִזְרַח 3 בִּתְקוּפָתוֹ 4 וּקְטַהֲרָתוֹ

5 עַל חוּג שְׁמֵי 6 יָם יִתְהַלָּךְ 7 יָרוּץ אוֹרַח 8 בִּמְסִבָּתוֹ

Ideſt, 1 Vidi 2 ſolem lucere 3 in ſphæra ſua 4 & in ſplendore ſuo. 5 Super orizontem 6 cælorum ambulat, 7 currit viam 8 in circuitu ſuo.

Quartum Genus. In omnibus membris ſceuà mobile initio.

Menſura talis eſt. — — — — — — — — — — — — — — — — —

1 נְדִיבֵי עָם 2 קְרָאוּנִי 3 לִרְפֹּאוֹת 4 צְבִיָּה חָ־ 5 לַתָּה יָמִים 6 שְׁמֹנָה

7 מְצָאתִיהָ 8 בְּמִטַּת שֵׁן 9 אֲחוּזָה 10 בְּחַבְלֵי בוּץ 11 עֲלֵי תוֹלָע 12 אֲמִינָה

Ideſt, 1 Principes populorum 2 vocauerunt me 3 ad medendum 4 pulcherrimam 4 Infirmantem dies 6 iam octo.
7 Inueni illam 8 in lecto eburneo 9 ligato 10 funibus byſſinis 11 ſuper vermiculo 12 de Amenà.

V. Genus, compoſitum ex ſceuà mobili, & quatuor Tenugòt.

Sògher. Dèleth.

Menſura — — — — — — — — — — — — — — — — — —

1 יְחִידָה אַתְּ חֶשְׁקִי 2 וְיַעֲרַת צוּף מְתָקִי 3 בְּתֵבֵל אַתְּ חֶלְקִי 4 לְלִבִּי אַתְּ נִצְחוֹ

5 זמן כך יתפאר 6 כסתום במבואר 7 אשר תאור יואר 8 ותוריד בריחו

1 Iuda tu deſiderium meum, 2 Fauus mellis dulcedinis meę, 3 In mundo tu pars mea 4 Corde meo tu victoria eius.

5 Tempus per te decorabitur 6 palam, & occulte 7 quod illuminas lucidum fiet 8 & dominaberis in odore ſuo.

Hoc habetur difficillimum, quia deſinit in ſyllabas perfectas ſimiles.

Sextum Genus Carminis, & in fine Dèleth Deſinentia eadem.

Sògher. Dèleth.

Menſura talis eſt. — — — — — — — — — — — — — — — — — —

1 סְכַל 2 לְבָבִי עַד 3 רְאוֹת שִׂיאָךְ 4 אִם דּ 5 עֲלֵה שִׂיא חַד 6 אֱנוֹשׁ לַשָּׁמַיִם

7 אילו 8 יביבון הד 9 לבבות גדלך 10 יס 11 אסו יתחד 12 לכו כמים

1 Stultum factum eſt 2 Cor meum vſque ad 3 Videre excellentiam tuam, 4 Si aſcen 5 det dignitas 6 Hominis ad cœlos.

7 Si 8 intelligerent 9 corda magnitudinem tuam 10 liquefierent 11 currerent, 12 vt aquæ.

Septimum Genus è R. Abràm Abèn Ezrà initio Commentariorum in ſacram Scripturam.

Sògher — *Dèleth*

— — — — — ◡ — — — — — — ◡ — — — — — — ◡ — — — — — — — ◡ —

1 אֶת דְּבַר 2 חִידָתִי שִׁמְעוּ 3 נְבוֹנִים נִפְלָאוּ 4 אַךְ דְּעוּ 5 כִּי כָל חַכְמֵי לֵב 6 לְהַגִּידָהּ לָאוּ

7 אב בהא־רמה הוליד א־ 8 רְבַע אַחִים

9 לא כבדים לא קלים לא 10 יב־שים לא לחים

11 כם ירו־צון אופניהם 12 והם שוקטים נחים

Hoceſt, 1 Verbum 2 ænigmatis mei audite 3 Prudentes admiramini 4 etiam ſcitote 5 quod omnes ſapientes corde 6 in manifeſtare illud defatigati ſunt.
7 Pater in terra genuit 8 Quatuor fratres 9 non graues, non leues, non
10 ſiccos, non humidos, 11 Cum illis current rotæ eorum. 12 & ipſi ſunt tranquilli quieſcentes.

Simile eſt apud Emmanuelem libro de Poeſi, Compoſitione XIIII. & XXI.

Octauum Genus, omnium facillimum, in quo potes teipſum exercere.

Sògher — Dèleth

Menſura — — — — | — — — — | — — — — | — — — —

1 שִׁמְעוּ הָרִים 2 שִׁיר הַשִּׁירִים 3 חִבֵּר עַל רֹאשׁ 4 הַשְּׁבָרִים

5 עֶפְרוֹן הַשַּׂר 6 הוּא שֶׁאָסַר 7 לִשְׁתּוֹת מַיִם 8 לַבַּחוּרִים

Hoc eſt, 1 Audite montes 2 canticum canticorum, 3 compoſitum in ſummitate 4 contritionum 5 Ephron Princeps 6 ille eſt qui prohibuit 7 bibere aquas 8 adoleſcentibus.

Nonum Carmen.

Menſura —⏑ —⏑ —⏑ —⏑ —⏑ —⏑ —⏑ —⏑

1 צְבִי הַ 2 חֲבֵרִים 3 וְנֵזֶר 4 נְזִירִים 5 וּמִשְׂגָּב 6 לְעִתּוֹת 7 וְעֶזְרָה 8 בְּצָרוֹת

9 ותרכב 10 עלי חוט 11 זמירות 12 וכל שר 13 לנגדך 14 כרוכבי 15 אתונות 16 צחורות

Hoc eſt, 1 Gloria 2 ſociorum 3 & corona 4 Nazareorum 5 Adiutorium 6 in Temporibus 7 & auxilium 8 in tribulationibus.

9 Equitabis 10 ſuper filo 11 cantionum, 12 & omnis princeps 13 coram te 14 quaſi equitantes 15 ſuper aſinas 16 albas.

Decimum ex latèd, & duobus Tenughòt.

Menſura	— — — ◡	— — — ◡	— — — ◡	— — — ◡
	4 וְהִפָּלֵא	3 אֱנוֹשׁ אֱנוֹשׁ	2 זְמַן כּוֹזֵב	1 רְאֵה מִקְרֵי
	8 נך גולה	7 אני ארת אד־	6 מך נעלם	5 ודבר ם־

Hoc eſt, 1 Vide accidentia 2 Temporis mendacis 3 O homo,o homo 4 & admirare.
5 Et verbum 6 a te abſconditum 7 Ego au- 8 rem tuam reuelabo.

Vndecimum conſtat ex octo latedòt.

Menſura	— ◡ — ◡	— ◡ — ◡	— ◡ — ◡	— ◡ — ◡
	4 אֱמֶת שְׁקוֹד	3 וְעַל דָּבָר	2 זְמַן וָעֵת	1 רְאֵה צְבִי
	8 ועת רקוד	7 ועת ספוד	6 לכל יצור	5 זמן ועת

Hoc eſt, 1 Vide pulchritudinem 2 Temporis & horæ 3 & ſuper verbum 4 veritatis vigila
5 Tempus & hora 6 eſt omni creaturę, 7 tempus lugendi, 8 Et tempus ſaltandi.

Duodecimum. Difficillimum,& rarò eo vtuntur.

Menſura	— ◡ — — ◡ —	— ◡ — — ◡ —	— ◡ — — ◡ —	— ◡ — — ◡ —
	4 מַהֲלָל נֶחְמָד	3 אַעֲרִיךְ נֶגְדְּךָ	2 כִּי אֲנִי עַבְדְּךָ	1 אֶדְרְשָׁה חַסְדְּךָ

Ideſt, 1 Quæram miſericordiam tuam, 2 Quoniam ego ſeruus tuus ſum.
3 Pręparabo in conſpectu tuo 4 Hymnum (ſiue laudem) deſiderabilem.

Decimumtertium Genus. Ex R. Emanuel Compoſitione XXI.

Menſura. — — — — — — ⏑ — — — ⏑ — — — ⏑ — — — ⏑ — —

1 בִּינוּ 2 עֲדֵי עַמִּים 3 וְאַל תִּגְבְּהוּ 4 תַּעֲדוּ 5 כְּרָעִים חַתּ 6 מְהוּ וּתְמָהוּ

7 התנ 8 פלו ושאו 9 תחינה על אסיר 10 מות 11 מספר את 12 אשר קרהו

Ideſt, 1 Intelligite 2 teſtes populi, 3 neque ſuperbiatis 4 tranſeuntes 5 moramini, 6 & obſtupeſcite.

7 Procumbite, 8 & eleuate 9 deprecationem 10 ſuper ligato à morte 11 narrante 12 quæ ei acciderunt.

Decimumquartum Genus, Ex eodem.

Menſura. Sògher. Dèleth.

— — — ⏑ — ⏑ — — — — ⏑ — ⏑

1 רוֹאַי 2 וְיוֹדְעַי 3 לְפָנִים 4 עָלַי 5 שְׂאוּ תְּ 6 חִנּוּנִים

7 אתמול 8 אני חי 9 כמוכם 10 היום 11 בתוך גל 12 אבנים

Hoc eſt, 1 Videntes me, 2 & noti mei, 3 prius 4 ſuper me 5 eleuate 6 preces.

7 Heri 8 ego viuens 9 ſicut vos. 10 Hodie 11 in medio aceruì 12 lapidum.

Regu-

Regulæ.

Non loquimur de quantitate ſyllabarum, ac pedum quæ ſit, vel poſſit in ſacris carminibus reperiri; eſto, enim quod ſit, hodie tamen ignoratur, & reductio illa, quam quidam Moderni ſibi confingunt, ſponte ſua ruit, in re adeo antiqua.

Sermo eſt in præſentia de arte Poetica Hebræorum, noſtri vel ſuperioris Temporis, ad quorum exemplar valeat quiſque ex Latinis (ſiue ex ipſiſmet) carmina exarare.

1 Multitudo autẽ & copia Carminum *Compoſitorum* tanta eſt, vt vix libello integro explicari poſſit: vt ex Emanuelis filij Salomonis opere perſpicuum eſt.

Diſtinctio item Vocalium longarum, & Breuium inutilis eſt, cum ab ipſiſmet Authoribus non obſeruetur.

2 Pedes Carminum tres conſtituuntur, Iatèd, conſtans duabus ſyllabis, prima breui (ideſt propter ſceuà ſecundum nonnullos) & ſecunda longa quacunque. Formatur etiam Iatèd ex vno chàteph; & altera vocali magna, nam chatèph nihil eſt aliud, quam ſceuà compoſitum. Ergo עֲבָרִים אֲנִי אֱמֶת erunt huiuſcemodi.

3 Secundus Pes vocatur תְּנוּעָה Motio, conſtat vnica ſyllaba, eaq; longa, vt לִי כֹּל לְךָ & ſimiles.

Tertius Pes (ex Elia Leuita) vocatur Compoſitus ex Iatèd, & Tenughà, vt רְבָבִים מְלָכִים Et ſic iſtæ dictiones componuntur ex vtroque.

4 Poetę roborant, & geminant litteram, & afficiunt daghèſc forti. Suſpendunt etiam, vel diſtinguunt clauſulam in principio, medio, & fine, prout eis expedire viſum fuerit. Tertiò, vniunt duas dictiones, & copulant per virgulam Maccàph — Quartò denique diuidunt dictiones, & ſententias, quod fit per virgulam פָּסֵק vel פְּסִיק Paſèch, vel Peſich, qui eſt accentus regius ſimilis Legarmè. Hoc enim conducet ſatis ad ſcanſionem cuiuſcunque Metri, & vt ſcias quibus pedibus conſtet.

5 Non diſputo, an ſceuà ſit vocalis, ſeruilis, an vero regia: Poetæ tamen eo variè vtuntur. In poteſtate illorum eſt ſceuà quodlibet in dictione repertum mobile, aut quieſcens efficere, vt in אֶעֱבוֹר erit mobile, ſi vero legant אֶעְבּוֹר erit quieſcens, & dictio duarum ſyllabarum, & ſceuà pro nihilo reputatum. Exemplum.

אֲדוֹן עוֹלָם אֲשֶׁר מָלַךְ בְּטֶרֶם כָּל יְצִיר נִבְרָא
לְעֵת נַעֲשָׂה בְחֶפְצוֹ כֹל אֲזַי מֶלֶךְ שְׁמוֹ נִקְרָא
וְאַחֲרֵי כִּ־ כְלוֹת הַכֹּל לְבַדּוֹ יִמְלֹךְ נוֹרָא

Hoc eſt, Dominus mundi qui regnauit antequam vlla creatura formaretur
In tempore factum Secundum voluntatem eius omne ex tunc Rex Nomen eius vocatum, &c.

In dictione נַעֲשָׂה debet ſceuà ità proferri, vt quieſcat.

In dictione vero כְּכְלוֹת ſceuà, quod ſecundum regulas Quieſc. Làmed Hè, debet quieſcere, & littera trahi, hic dagheſſatur, & ſceuà fit mobile ex eadem Poetica licentia, quod & obſeruandum in dictione יִמְלֹךְ. quæ debet diuidi, & deinde מ dagheſſari, & legi.

Sceuà initio dictionis eſt mobile, ne gutturalis (præcipue) vel alia littera ex dictione deficiat, & deperdatur ſyllaba vna, & ſimul ſenſus, ſeu ſignificatio minuatur. Id ceſſat in medio dictionis, nam tunc littera trahitur, nec ſenſus diminuitur, etiam ſi ſceuà quieſcat.

7 In carminibus, quando duo ſceuàim occurrant tàm in medio, quàm in fine dictionis, regula ſuperius a nobis tradita obſeruari debet, vt vltimum ſemper legatur, tum gratia euphonię, tum rationę ſyllabæ conſtituendæ, ne pereant duæ litteræ, & vocales ſimul. Quicquid alij.

De Carminum ſpeciebus.

Quatuor ſpecies conſtituunt, פָּסוּק *Verſus*, & dicitur, quum verſuum numerus ad decimum non aſcendit, quaſi vna tantum ſit periodus.

Secunda dicitur שִׁיר aut שִׁירָה *Canticum*, vel *Cantus*, qui decem pluresve continet Verſus integros, ſiue בָּתִּים Domos.

Tertia eſt שִׁיר פָּשׁוּט *Verſus ſimplex*, eo quod nullum ſceuà mobile in eo ponatur, vt exemplo patet.

Quarta dicitur שִׁיר מֻרְכָּב *Carmen Compoſitum*, vel *Mixtum*, quod R. Moyſes filius Scèm Tou putat antiquiſſimum.

De Rythmis.

Rythmus differt a Metro ſecundum aliquos, quia temporum, ſyllabarum, atque pedum congruentia in infinitum multiplicatur, ac profluit; quippe quia aliquando Rythmus bre-

uiores ſiue anguſtiores, aliquando longiores ſeruat deſinentias, ſeu Italicè *Cadentias*. Vnde omne Metrum eſt Rythmus, ſed non omnis Rythmus eſt Metrum: ſicuti omnis verſus eſt Metrum, ſed non omne Metrum eſt Verſus, cum tamen omnis Verſus ſit Rythmus, & Metrum.

Ego tamen ſentio, Rythmum a Metro ſola Deſinentia vel Cadentia differre, vt patebit exemplis inter ſe collatis. Et ideo חֲרוּז vel חֲרוּזָה vel שִׁיר חֲרוּזִי dicitur ab Hebræis, ideſt, Homeoteleuton Græce, ideſt, *Similis cadentia*, vt

מִשְׁקַל שִׁירִים הַנִּבְחָרִים בִּלְשׁוֹן עִבְרִים כַּמָּה יִנְעַם
חֶרוּז נָאֶה וִיפֵה מַרְאֶה אֶל כָּל רוֹאֶה וּלְחֵיךְ יִטְעַם
כָּל תּוֹרָתוֹ וּנְתִיב דָּתוֹ אוֹרֶה אוֹתוֹ זֹאת הַפַּעַם ideſt,

1 Pondus carminum Electorum in lingua Hebræa ò quam delectat
2 Rythmus pulcher, & ſpecioſus forma omni videnti & palato ſapiet.
3 Totam rationem ſuam & ſemitam ſtatuti ſui docebo illud hac vice.

Hoc genere etiam vtūtur in ſoluta oratione, vt videre eſt apud Emanuelem in lib: poematum, apud R. Dauid, Aben Ezra, & in præfationibus Commentariorum, & alios. Qui autem eo elegantius vtitur, doctiſſimus habetur. Ex Eman. Comp. xxj.

וְכִשְׁמוֹעַ הַשַּׂר הַשִּׁירָה וְטוּבוֹ : בָּזָה לֶאֱלִילֵי כַסְפּוֹ וְלֶאֱלִילֵי
זְהָבוֹ , וּבִרְאוֹתוֹ כִּי שְׁמִי בְּקִרְבּוֹ : יִצְחַק בְּלִבּוֹ : וַיֹּאמֶר
הַשִּׁיר הזה הֱנָאַנִי ; וְנִצָּנֵי הַזְּמַן הֶרְאָנִי : וְלוּלֵי שִׁמְךָ
הַנִּרְמָז בּוֹ אשר חִנְּנַנִי : מִמְּךָ לְקַחְתִּיו וְגו'

&c. ideſt: Et cum audiſſet Princeps canticum, & bonitatem ſuam, ſpreuit idola argenti ſui, & idola aurea ſua: & cum vidiſſet, quòd nomen meum in medio eius: Riſit in corde ſuo. Et dixit: Canticum iſtud delectauit me: Et flores temporis oſtendit mihi: Et niſi nomen tuum indicatum in eo, quod delectabile fuit mihi, abſtuliſſem illud à te, &c.

Hoc etiam genere Rythmorum vtuntur Hebræi in ſuis hymnis in libro מַחֲזוֹר, quod nos *Diurnum Officium* diceremus. & appellant שִׁיר קְרוּבָץ *Canticum Cheruuâz*, quam (per Raſcè Teuôt) dictionem reſoluunt in plures:

וִישׁוּעָה ו in רִנָּה ר in קוֹל ק in
ideſt, צַדִּיקִים צ in בְּאָהֳלֵי ב in

Vox

Vox exultationis, & ſalutis in tabernaculis iuſtorum ex Pſal. 105. quod nomen ſuis hymnis abſque fide in Deum verum , & operibus bonis falsò attribuunt.

De Rythmorum ſpeciebus , ſiue differentijs.

Triplex Rythmorum ſpecies, vel differentia conſtitui ſolet. Prima, quæ dicitur עֹיבֵר idest *Tranſiens*, vel *Vulgaris*, & eſt, cum ſolæ ſimplices litteræ ſine punctis conueniunt, vt דָּבָר : זָכָר : דָּבָר : & latius, cum vna littera, eademq. ponitur in fine dictionis, vt דָּבָר אָמַר. Quæ tamen ſpecies doctis non probatur, nec vſu venit, niſi inopia vocabulorum, & vocum Hebraicarum, ſcilicet ſacrarum, quæ in ea lingua ſunt, ob quam cauſam conceptus difficulter exprimitur.

Secunda ſpecies dicitur רָאוּי *aptus, decens, perſpicuus, elegans, & conueniens*, & eſt cum integra ſyllaba ponitur ijſdem punctis & litteris, vt infra, quæ eſt ſatis vſitata.

Tertia ſpecies dicitur מְשׁוּבָּח *Verſus laudabilis*, & omnium excellens, & eſt quando duæ ſyllabæ vltimæ conſentiunt, vt exépli gratia.

1 אִם תִּקְטְלֵנִי אֵל לְךָ אוֹחִילָה
אָנוּס לְעֶזְרָה כָּמְךָ אֵלֶיךָ :

2 אֶחְבֶּס בְּכַנְפוֹת חַסְדְּךָ יוֹם צַר וּמָן
חֲמָתְךָ אֶבְרַח עֲדֵי צִלְּךָ :

3 אֶבְטַח בְּיוֹם חֹשֶׁךְ וְקַדְרוּת זַעְמְךָ
לְאוֹר בְּאוֹר יִשְׁעֲךָ וְנֵר הִלְּךָ :

4 הִנֵּה לְבָבִי עִם לְבָבוֹת עַמְּךָ
idest, עַמְּךָ נְדָבוֹת הֵם בְּיוֹם חֵילְךָ :

1 Etiam ſi tu Deus me occideres, in te ſperabo
Confugiam ad auxilium a te ad te.

2 Abſcondar ſub alis miſericordiæ tuæ in die tribulationis, & de
Ira tua fugiam vſque ad vmbram tuam.

3 Sperabo in die tenebrę & obſcuritatis iræ tuæ,
Ad lucem in luce ſalutis tuæ & lucerna ſplendoris tui.

4 En cor meum cum cordibus populi tui,
Tecum ſpontanei ipſi in die virtutis tuæ.

Addunt

Addunt quartum Carmen quod שיר מחולק *Carmen* appellãt *diuiſum*, vtpote in quatuor partes diuiſum, & in tribus membris primis eſt Rythmus, vt

עזוב אף וחמה   נדיב לב וקומה

ודבר בחכמה   במלים ערבים :   ideſt,

1 Depone iram & furorem   2 Princeps corde, & exurge

3 Et loquere cum ſapientia   4 Verba dulciora.

Ex R. Moſcè ben Scem toù.

Menſura — — — — — ᴗ   — — — — — ᴗ
— — — — — ᴗ   — — — — — ᴗ

1 ובמאד נפשי תגעל   2 לכל אנשי מעל

3 בסכרם נפשם על   4 צרורות כספיהם

5 וירבו קנינים   6 ונטעי נעמנים

7 ויבנו בנינים   8 בארץ לא להם   hoc eſt

1 Valde odit anima mea   2 Omnes homines mendaces

3 Qui vendunt animã ſuam pro   4 Ligaminibus argenti eorum

5 Et multiplicãt negotiationes   6 Et plantas delectationum

7 Et ędificant ędificia   8 In terra non ipſorum.

Pauſę ergo Rythmorum (& etiam Verſuum) ſunt quatuor, quorum primæ tres in ſingulis verſibus (non integro carmine) ſibi correſpondent: Vltima vero cum nulla ſuperiori, ſed poſtremis ſingulorum ſuccedentium verſuum. Exemplum Rythmi, qui cęteris frequentiſſimus eſt, habetur ſupra in exemplo Quinti carminis.

Rythmus a me compoſitus in laudem Innocentij IX. cum Pontifex renunciatus fuit.

שירו לאל יומם וליל · כי בא גואל · מכל צרה

קומו רונו אל תלינו · גם כן תענו נועם שירה

תרנינו לו : כי רב גדלו יגדיל חילו עם רב עזרת

1 Cantate Deo noctu diuq. quia venit qui redimet ab omni tribulatione

2 Surgite canite ne moremini atque reſonate Dulcedinem Cantici.

3 Cantate ei quia magna dignitas eius, magnificabit robur ſuum multa virtute.

Si quis plura & digniora velit, legat R. Emanuelem, R. Eliam Leuitam, & alios.

DE

DE SYNTAXI.

1 OBſeruatu neceſſarium eſt, vt verborum ſignificata diſtinguantur, & vis vocum plane intelligatur. Omnium enim vocum ſignificatio in alienam linguam fœliciter transferri non poteſt ea gratia quam in natiua habent, ſed perinde vt vinum in alterum aut tertium vas transfuſum aceſcit, ſic etiam illarum minuitur, & perit gratia, ſi in aliam linguam transferantur. Propria ergo ex fontibus S. Scripturæ ſumpta ſignificatio, ſemper etiam prælucere nobis, & tanquam columna ignis eſſe debet. Et idcirco ſingula themata vnam tantum, eamque propriam (dixerim ego primariam) habent ſignificationem, nec plures. Ea quærenda eſt ex ipſa conſtructione, quæ facit, vt thema alio modo conſtructum aliud ſignificet, & illa obſeruanda. Verbi gratia בֵּרֵךְ benedicere cum ל & cum אֶת. Exceptis tamen illis, quæ in Coniugatione vel vna vel pluribus contrarias habent ſignificationes, quæ tamen pauca ſunt. ſic Verbi gratia קָרָא non vbique, clamare, eſt ſed cum prępoſitione אֶל Ion. 3. at Gen. 1. קָרָא לָיְלָה vocauit & ſic in ſexcentis alijs.

2 Nomina etiam nonnulla contrariam habent ſignificationem, vt: דֶּשֶׁן חֶסֶד כֶּסֶל קֹדֶשׁ שַׁאֲנָן

3 Etſi verba quædam in coniugationibus ſignificationem non mutant, mutant tamen modum ſignificandi.

4 Quædam vel ex conſtructione, vel litterarum mutatione, aut tranſpoſitione, aliquando vel modum ſignificandi variant, vel contrariam omnino ſignificationem ſortiuntur, de quibus ſupra egimus de modo inueniendi radicem.

5 Quemadmodum apud Latinos vocabula primum ſtrictam habent ſignificationem propter Ethymologiam, ſed poſt largius ad alia quoque trahuntur, vt dominus, & ſimilia: ſic etiam apud Hebræos. Exempli gratia אֲדוֹן columen, ſuſtentator domus, dominus; poſtea ſignificatio eius latius ad alios extenditur. Item אָב pater generatione, poſtea etiam ad alios transfertur, qui non ſunt patres generatione. Ergo verba ſemper ſtrictiorem habent ſignificationem, quam vel participia, vel nomina inde deriuata.

6 Verba aliquando induunt ſignificationem figuratam, vt עַיִט transfertur etiam ad homines more auium rapacium inuolantes ali-

aliquem. Ita פְּאֵר *vt flores arbores ornant, ita poſtea tranſfertur ad cuiuslibet rei ornatum, & decorem.*

7 *Sicuti Græci, & Latini verborum ſuorum ſimplicium ſignificationem aliquando mutare volunt, id compoſitione efficiunt: Ita, & Hebræi (a quibus illi deſumpſerunt) hoc idem efficiunt vel litterarum tranſmutatione, vel tranſpoſitione, vel commutatione coniugationis, vel conſtructione.*

8 *Multa ſunt nomina adiectiua, quæ ſi in vtroque genere in fine litteram Iòd aſſumunt, fiunt epitheta propria, vel perſonarum vel rerum vt* חַכְלִילִי *Gen. 49. Rubicundus oculorum (vel oculis) præ vino: ideſt, rubicundiores habens oculos vino.* נֶאְדָּרִי *Exod. 15. 6. Dextera tua Deus Iehoua, ampliſſima in virtute.* פִּלְאִי *Iud. 13. 18. quæris de nomine meo, quod eſt Arduus: Zach. 9. paſtoris ſtulti. Thr. 1. diues. Alij. Magna. Et mox Ibidem Principiſſa. Similiter ex Participijs præſentis temporis Maſculini generis numeri ſingularis fiunt epitheta, ſiue attributa, vt* אֹסְרִי *Gen. 49. 11. ligator (vel ligans) ad vitam pullum ſuum Deut. 33. 16. Habitator Pſal. 113 5. collocator Ibid. Humiliator Ibid. exaltator Pſal. 114. 8. conuerſor petræ Eſa. 22. 16. Exciſor in excelſo Pſal. 101. 5. Delatorem clam ſodalis ſui premam.*

Verum nota quod plures alij (quorum ſententiam ſequor) aſſerunt Iòd redundare, & verti debet participium, prout reperitur, & quaſi Iòd deficeret (vt ſupra in nominibus) addita eſt enim ornatus gratia.

9 *Eſt, & vſitatum Hebræis, vt pro Epitheto addatur genitiuum nominis ſubſtantiui, vt* בֶּן עַוְלָה *Pſal. 89. Filius damni, peruerſitatis* אֵשֶׁת חַיִל *Prou. 30. mulierem ſtrenuitatis, roboris, fortem Latina.*

10 *Concreta pro Abſtractis inueniuntur in Biblijs, ſunt enim plenioris ſignificationis Pſal. 5.* חָפֵץ רֶשַׁע *quia non Deus volens improbitatem tu es, ideſt, improbos. Pſal. 9. Pone illis Deus Iehoua* מוֹרָה *doctrinam; ideſt Doctorem. Pſal. 11. quoniam iuſtus Dominus Iehoua, Iuſtitias diligit; ideſt, Iuſtos Pſal. 12. Cum exaltantur* זֻלּוּת *vilitates inter filios Adam: ideſt, viles. Pſal. 109. Pro amore me oderunt me, ego autem* תְפִלָּתִי *oratio, ideſt, orator, vel, orabam Dan. 9. quia* חֲמוּדוֹת *deſideriorum tu vir es, ideſt deſiderabilis, vel, deſiderans multum noſſe.*

11 *Nonnunquam ſub voce vna generali, alia ſpecialior ſubintelligenda*

genda eſt. vt Pſal. 27. Vnam אַחַת petÿ a Domino, Iehoua: ſcilicet petitionem. Vel, hoc tantum exoro. Ierem. 15. ſub אַכְזָב intelligitur, fons. Nehem. 9. & 11. ſub voce אֲמָנָה fœdus, intelligitur.

12 Nomina verbalia, quæ exponuntur nominibus latinis verbalibus in Tio, non ſemper actionem ſeu operationem ipſam nudè ſignificant, ſed rem propter quam talis inſtituitur, ac fit actio, vt 1. Sam. 2. Reponat Deus, Iehoua, tibi ſemen ab iſta vxore, pro petitione, quam petÿt a Iehoua. Iob. 7. ſicut mercenarius expectat פְּעֻלּוֹ opus ſuum, ideſt mercedem pro opere ſuo. Ier. 22. opus ipſius פְּעֻלּוֹ non dabitur illi, ideſt merces. 1. Sam. 24. Emendo emam abs te pro commutatione בִּמְחִיר ideſt, re, ſeu precio. Prou. 27. Et וּמְחִיר & commutatio agri ſunt hirci Eſa. 55. Emite abſque argento, & abſque cõmutatione לֹא מְחִיר vinum & lac Matth. 16. Quid dabit homo, cuius permutatione reddet animam ſuam. 2. Paral. 29. Et efferte נִדָּה remotionem ex ſanctuario.

13 Appoſitione etiam vtuntur Hebræi expoſitiue, ſiue declarationis gratia, (ſeu ad maiorem energiam) idque triplici modo. Primo articulo את Accuſatiui, Gen. 3. Acquiſiui virum (ipſum Iehoua) ſupple Redemptorem quem expecto. Alÿ: Acquiſiui virum cum Deo Iehoua, אֵת enim ſonat cum: ad quem alluſit D. Hieron. per Deum. Secundo propoſitione ב Gen. 19. & vrſerunt בָּאִישׁ בְּלוֹט In viru, in Lot. 2. Sam. 1. Montana in Gilboa ideſt in montibus in Gilboa vel Gilboaticis. 2. Sam. 18. Cauete, ne quis in puero in Abſalone. 2. Sam. 24. In excelſo in Gibeon, Nehem. 8. & legerunt in libro in lege Dei. Tertio quando notius vel nomen, vel verbum ſubÿcitur, quod prius declarat Gen. 9. Verumtamen carnem cum anima ſua, ſanguine ſuo non comedetis, Deut. 32. Et propitius erit terræ ſuæ, populo ſuo. Pſal. 4. Sacrificate ſacrificia iuſtitiæ & ſperate in Domino, Iehoua. Pſal. 27. Deſcendet ſicut pluuia ſuper detonſum, ſicut guttæ irroratio terræ. Iſa. 3. Riui fluenta aquarum.

14 Ita etiam Anadiploſi vtuntur Emphaſis cauſa, & vt affectus eius rei exprimatur, quæ repetitur. Pſal. 92. Quoniam ecce inimici tui Domine, Iehoua, quoniam ecce inimici tui tollentur. Pſal. 93. Magnificentiam induit, induit Dominus Iehoua. Pſal. 94. Quamdiu improbi Deus Iehoua, quamdiu improbi exalta-

bunt. Et iterum. Et rependit illis deſideri um ipſorum, & in malo ipſorum vaſtabit eos Dominus Iehoua, Deus noſter.

15 *Nomina ſubſtantiua tranſeunt in naturam aduerbiorum, ſi per Protheſin aſſumpſerint vel litteram* בְּ *vt Exod. 1: & ſeruire fecerunt Aegyptij filios Iſrael in duritia, ideſt duriter. Item particulam* בְּדֵי *Ier. 51. & laborauit populus inaniter. Habac. 2. Et populi defatigantur inaniter. Quanquam aliquando nomina tranſeunt in aduerbia, etiamſi nulla littera præponatur. 1. Reg. 12. Et reſpondit rex populo pertinaciter, vel res duras, aſperas. Pſal. 116. & ſeruabo ea finaliter, in finem. Vel littera* לְ *vt Pſal. 4.* לָבֶטַח *In confidentia collocabis me, vel fiducialiter: vel in tuto. Eſa. 26.* לָנֶצַח *abſorpta eſt mors in victoria, ideſt Victorioſe; ſed nominaliter magis exprimit ſenſum Prophetæ. Item* לָרִיק *Leuit. 26. & ſeminabitis inaniter. Eſa. 49. Inaniter, ſeu fruſtra laboraui.*

16 *Nomina ſæpenumero vſurpantur Infinitiue ſeu Gerundialiter, ſi a fronte aſſumpſerint vnam litterarum* כ ב ל ם *: vt* יְבֹשֶׁת *Gen. 8. 7. Item Exod. 32. 12. ſiccitas. Eſa. 11. & Pſal. 85. Item Num. 10. 28. & Deu. 10. Item Num. 22. 22. Deu. 8. 6. Deu. 17. 9. 1. Sam. 15. 22. Pſal 24. 4. Eſa. 30.*

17 *Sicut, & participia præſentis temporis omnium Coniugationum ſi a fronte litteram* ב כ ל ם *recipiunt, Infinitiue accipiuntur, ſeu Gerundialiter. vt In titulis LVI. Pſalmorum, & Tor. 2. 14. Pſal. 7. 14. Eſa 23. 18. 1. Par. 15. 28.*

18 *Et è contra ſæpe etiam Infinitiuus nominaliter vſurpatur, vt* שִׁכְרָה *&* שִׁבְעָה *Agg. 2. Vbi tamen* ה *poteſt redundare.* הִתְקַדֵּשׁ *Eſa. 30.* הִתְיַחֵשׂ *2. Par. 31.*

19 *Quando idem nomen ſubſtantiuum geminatur in diuerſo genere poſitum, tum notat eius rei diuerſitatem, vt Eſa. 3.* וּמַשְׁעֵנָה מַשְׁעֵן *ideſt. omnis generis ſuſtentationis. ſic* שָׁרִים וְשָׁרוֹת *2. Sam. 19. nunquid audire poteſt ſeruus tuus vocem cantorum, & cantatricum, ideſt omnis generis muſices. Eccl. 2. feci mihi omnis generis inſtrumenta muſica.*

20 *Quando autem idem nomen ſubſtantiuum geminatur altero poſito in plurali, tum vltra propriam ſignificationem importat etiam excellentiam, vt* קֹדֶשׁ קָדָשִׁים. *Sanctitatis ſanctitatum. Exod. 26. & 30.* שִׁיר הַשִּׁירִים *Cant. 1. 1. Canticum canticorum, ideſt excellentiſſimum. Eccl. 1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, ideſt vaniſſima vanitas. Item Pſal. 68. cæli*

cælorum, ideſt, Quaque patet cælum in omnibus & ſingulis Horizontibus cælorum. Pſal. 102. In generationem generationum anni tui.

21 *Si duo nomina ſubſtantiua diuerſa ſimul conſtructa fuerint, quæ ſignificatione non multum diſcrepãt, priore poſito in regimine, prius notat partem poſterioris, vt Leu. 17.* שְׁאֵר בְּשָׂרוֹ *pars carnis ſua. Dan. 12.* עֲפַר אַדְמַת *pars pulueris.*

22 *Nomen ſubſtantiuum bis poſitum importat vltra ſuam propriam ſignificationem, diſtributionem. Gen. 7. ſeptem ſeptem, ideſt vniuscuiuſque ſpeciei. 1. Reg. 18. quinquaginta quinquaginta. Hac phraſi etiam Marcus Euangeliſta eſt vſus cap. 6. Et cæpit eos emittere duos duos, ideſt binos. Gen. 14. Et in valle Sciddim putei putei bituminis, ideſt, bine inde putei. Leu. 24. Vir vir qui maledixerit dijs, ideſt, quicunque ille fuerit. Num. 5. vir vir ſi deflexerit vxor eius, ideſt, quicunq. vir. Deut. 32. obſeruate ætatem, & ætatem, ideſt ſingulas ætates. cap. 33. Anno, & Anno, ideſt, ſingulis annis Eſa. 58. De die die me quærunt, i. quotidie, ſingulis diebus 2. Reg. 17. Gens, gens. i. quælibet gens Eſa. 18. Gens funiculi funiculi) Iuxta vniuſcuiuſque funiculum. Pſal. 12. Corde, & corde loquuntur) diuerſo corde. Eſa. 66. Vnus vnus) vnus hic, vnus alibi. Prou. 2. lapis, & lapis, Epha, & Epha) ideſt, diuerſi lapides, & diuerſæ Epha: vel ſinguli lapides, & Ephæ. Neh. 13. Iuxta linguam populi, & populi) vniuſcuiuſque populi Eſther. 2. ordo puellæ puellæ) vniuſcuiuſque puellæ. cap. 9. familia, & familia) ſingulæ familiæ. 1. Par. 31. Et ponebant aceruos, & aceruos) bine inde. & D. Marcus cap. 6. ſympoſia, ſympoſia) diſtributis ſympoſijs ſeu conuiuijs. Et iterum. Diſtribuerunt praſia, praſiæ, ideſt, binc inde in praſijs ſeu herbarijs.*

23 *Nomen autem adiectiuum bis poſitum auget, & intendit ſignificationem. Leu. 13. Contaminatus, contaminatus cenſebitur) ideſt, totus contaminatus, contaminatiſſimus. Ier. 24. Ficus bonas bonas) ideſt optimas. Item Ficus malas, malas, ideſt peſſimas.*

24 *Nomina adiectiua conſtructa cum verbis genus mutant, & quodammodo aduerbia ſunt. Gen. 2. Non bonum hominem eſſe ſolum) ideſt Nequaquam eſt bonum, vt homo ſit ſolus: faciam illi adiutorium, quod ſit ſimile, vel coram ipſo. Pſal. 16. Bonum meum non eſt propter te) ideſt Non eſt mihi bonũ propter te, vel: Nequaquam eſt mihi bene præterquã in te. Vel: Bonum meum, vel bonitas mea non eſt (adde) in alio quam*

ſuper te, vel in te. & ſic cohæret ſenſus. Eſa.49. leue eſt, vt ſis ſeruus meus ad ſuſcitandum virgas, baculos, Tribus Iacob: ponam etiam te in lucem gentium; ideſt, ſed ponam te vt ſis ſalus mea gentium vſque ad extremum terræ: ideſt, Vile eſt, & parui res momenti coram me, vt ſolum ſalues tribus Iacob ſed etiam gentes ſaluabis. Mich. 5: Et tu Bethleem Ephrata parum eſt, quod es (vel ſis) in millibus Iehuda: ex te mihi egredietur qui ſit dominator (ille a me promiſſus) in Iſrael: ideſt: Nequaquam minima es in ciuitatibus Iehuda. Vnde Euangeliſta rectè vertit. Nequaquam minima es, & Hebraiſmum propriè expreſſit.

25 *Nomina Collectiua conſtruuntur cum verbis pluralis numeri. Exod.8. Dimitte populum meum, vt colant me: Pſal.18. Populus, quem non cognoui, ſeruient mihi, Num.21. Et viderunt tota congregatio, (Eccleſia) quod expiraſſet Aaron. Pſal. 66. Vniuerſa terra curuabunt ſe tibi. Pſal. 118. Dicant domus Aaron.*

26 *Nomen pluralis numeri conſtructum cum verbo ſingularis numeri ſumitur partitiuè. Gen.49. Filia incedit ſuper muro) ideſt, vna poſt aliam. Eccl.18. Muſca mortis fætere facit, & exhalare facit vnguentum pigmentarij) ideſt quælibet muſca mortua. adde, ſicut.*

27 *Ponunt Hebræi in multis orationibus primo nominatiuum nominis, cuius caſum poſtea per pronomen affixum referunt. Num.5. Vir vir ſi deflexerit. Iob.3. Nox illa occupet eam caligo) ideſt noctem illam occupet caligo. Vel, Nox illa (poteſt referri ad ſecundam periodum, vel membrum verſus) non numeretur inter menſes, quam occupet caligo. Pſal. item 10. Domine Iehoua in cælo ſedes eius, pro ipſius Iehoua ſedes eſt in cælo. Pſal. 89. Cæli ſtabilies thronum tuum cum eis) ideſt, ſtabilies fidem tuam cum cælis; ideſt, quamdiu cæli ſubſiſtent per pactum, quaſi ab initio initum, tamdiu durabit Regnum ſeminis (ſpiritualis, non carnalis) Dauidis, Chriſti, & Meſſiæ.*

28 *Præponunt etiam ſæpiſſime nominatiuum pronominis tam ſeparati, quam affixi verbo, nullius ſignificationis cauſa, ſed vt ſit tantum expletiua particula. Gen. 24. Ego in via deduxit me. 1. Sam.15. In me ego iniquitas iſta. Pſal. 41. & ego oratio mea ad te Domine Iehouà) Eccl. 2. & dixi, Ego in corde meo, qualis eſt euentus ſtulti, etiam Ego eueniet mihi. Cap. 8. Ego os regis obſerua. Eſa. 28. Propterea ſic dixit ſuſtentator*

tator Dominus, Iehoua. Ecce ego addam arduum (mirabile) facere cum populo iſto. Et cap. 66. Et ego opera eorum, & cogitationes eorum veni colligere omnes gentes, & linguas, & venient. Zach. 7. An ieiunando ieiunauerunt me Ego, & cap. 9. Etiam tu in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. Num. 12. Qui oculo ad oculum viſus tu Domine Iehoua. Pſal. 88. Sicuti interfeciſti iacentes in ſepulcro, qui non recordatio eorum amplius, ideſt, quorum nulla recordatio amplius. Pſal. 89. Qui manus mea firmabitur cum eo.) ideſt, manus mea firmabitur.

29 *Participia quædam præteriti temporis notant finem actionis, ſeu paſſionis, vt* נְצוּרִים *Eſa. 65. Qui ſedent in ſepulcris, & in obſeruatis morantur) ideſt, quæ amplius non obſeruantur ſeu cuſtodiuntur. Item* נוֹחָלָה *Ezech. 19. Et vidit, quod expectatum eſſet.) ideſt expectatio, ſeu ſpes inita eſſet.* Dan. 9. *Definita magna aſſlanda.*

30 *Coniugationes verborum conſiderandæ ſunt diligenter, in illis enim modus ſignificãdi variatur. Et non ſunt in iiſdem ſemper vſitata. Multa etiam in Pihèl ſignificationem contrariam recipiunt, ſicut* פָּנָה *in Kàl ſignificat, Aduertere, reſpicere, In Pihèl, Remouere è conſpectu. Item* חָטָא *in Kàl errauit, deliquit: in Pihèl remouit, abſtulit erratum, reuocauit in viam, ideſt, expiauit. ſic* תָּאַב *appetiuit* תָּאֵב *auuerſatus eſt. Quædam etiam, quæ a nominibus (ſecundum quoſdam) ſunt deriuata, contrariam habent ſignificationem in Pihèl, vt a* גֶּרֶם *os: fit verbum* גֵּרֵם *exoſſauit. Item a nomine* שֹׁרֶשׁ *verbum* שֵׁרֵשׁ *eradicauit. Item a* דֶּשֶׁן *verbum* דִּשֵּׁן *decinerauit. & a* קֶצֶל *cortex: fit* קִצֵּל *decorticauit.*

31 *Tempora verborum non ſemper obſeruanda ſunt. Nam Prophetæ futura poſt multas generationes velut iam facta viderunt, & quod a Deo decretum erat, velut iam perfectum prædicabant, vt Pſal. 22. Eſa 7. 53. & alibi exempla habentur.*

32 *Sunt quædam verba, quæ in eadem coniugatione contrariam habent ſignificationem, vt* חָבַל חָפַר פֵּאֵר שָׁבַח.

33 *Verba apud Hebræos quibus vel debortantur, vel deprecantur, accipienda ſunt completiue, vt* Exod. 13. *Ne timeas ideſt, ne ſinas te opprimi timore. ſicut etiam illa phraſis in oratione Dominica: Et ne nos inducas in tentationem. ideſt, ne ſinas nos obrui ſiue opprimi, a, vel in tentationibus.*

34 *Sunt quædam verba, quæ (vt in aliis quoque linguis) ſecundum*

dum aliam formam loquendi, aliam quoque ſignificationem habent, vt עָזַב *ſignificat alicubi derelinquere, deſerere: vt Pſal. 22. Deus meus, Deus meus, cur me dereliquiſti. Alicubi, committere ſe, vel rem aliquam alicuius fidei. Gen. 34. & reliquit omne, quod erat ſibi in manu Ioſeph: Pſal. 10 ſuper te relinquit ſe infirmus. Item* צָפַן *alicubi, abſcondere. Pſal. 37. Quoniam abſcondet me in tabernaculo in die malo. Alicubi ſignificat, clam obſeruare Pſal. 10. Oculi eius ad infirmum obſeruant, ſeu obſeruantur, abſconditi manent. Item* תָּמַם *conſumare, perficere vt Deut. 31. & 64. alicubi Conſumere, perdere vt Leuit. 26. Num. 14. ſic* כָּלָה *& alia multa.*

35 *Verba motum alioqui ad locum, vel de loco per ſe non ſignificantia, tamen appoſitione præpoſitionum motum vel ad locum, vel de loco important, & quodammodo duas ſignificationes recipiunt. Exempli gratia. Eſa. 38. Tollant maſſam ficorum, & contundant ſuper vlcus, ideſt, contuſam, imponant ſuper vlcus. Num. 19. accipient ad te vitulam rufam, ideſt, accipiendo adducent. cap. 25. & cæpit populus meretricari ad filias Moab; ideſt, conferre ſe ad filias Moab, vt cum illis meretricarentur. Pſal. 104. & ad habitacula ſua recumbent: ideſt, ad habitacula ſua ibunt, vt recumbant. Pſal. 137. Et diſſipauit infantes ad petram, ideſt, illidendo ad petram. Eſa. 11. Gentes requirent ad eum, ideſt, requirendo venient ad eum: vel requirent, ideſt deprecabuntur. Pſal. 89. Prophanaſti in terram coronam eius, ideſt, prophanaſti deijciendo in terram. Pſal. 143. contudit in terram vitam meam) ideſt contuſam proſtrauit in terram. Pſal. 10. Viuificaſti me a deſcendentibus in lacum, ideſt, viuum extraxiſti me. Pſal. 73. Perdis omnem meretricantem abs te, ideſt, qui meretricando diſcedat abs te. Pſal 89. & contundam a facie tua aduerſarios tuos, ideſt, contuſos abijciam a facie tua. Ezech. 28. Et prophanabo de monte Dei, ſcilicet deijciendo. Eſa. 38. ſed tu deſideraſti animam meam ex fouea putrida: ideſt, cum deſiderio extraxiſti animam meam ex fouea putrida.*

36 *Sunt præterea, quæ etſi defectionem ab aliquo ſignificant, conſtruuntur tamen cum præpoſitionibus, quæ aduerſationem ſignificant, vt ſunt* ב : ל ; & עַל *vt inde intelligas ſignificare ea actionem aduerſariam illi, a quo defectio facta eſt, cuius generis ſunt,* הָפַךְ חָטָא כִּחֵשׁ מָרַד סָרַר פָּשַׁע *Sicut è contra* רָשַׁע *cum præpoſitione* מ *conſtruitur 2. Sam. 22. & Pſal. 18.*

18. Non improbe egi; ſeu הִרְשַׁעְתִּי *defeci a Deo meo.*

37 *Quando verbum præter ſuam conſtructionem articulum* ל *Datiui caſus extra regimen recipit, tum notat operationem vtilitatis cauſa inſtitutam aut inſtituendam. Gen. 12. Abi tibi de terra tua. Exod. 18. & abÿt ſibi ad terram ſuam. 2. Sam. 20. Ne fortè inueniat ſibi ciuitates munitas. 2. Par. 28. ſi quæſieris eum, inuenietur tibi. Ier. 29. Et inueniar vobis. Zach. 9. Rex tuus veniet tibi iuſtus &c.*

38 *Imperatiuus ſæpe ſolet tranſire in naturam aduerbÿ. Gen. 27. Vide odor filÿ mei ſicut odor agri. ideſt, Ecce. 1. Sam. 15. Vide verba tua bona, & recta. Hier. 22. Vide verbum Domini Iehouà. Solet autem tum maxime tranſire in naturam aduerbÿ, quãdo præponitur alÿ verbo ſine copula. vt Pſal. 102. feſtina exaudi me, ideſt, feſtinanter exaudi me. vel, feſtina ad exaudiendum me.*

39 *Secunda perſona Imperatiui præſentis temporis vſurpatur aliquando pro tertia Imperatiui futuri temporis. Exod. 35. Accipite a vobis leuandum (munus) ipſi Domino Iehouà; quiſque ſpontaneus corde ſuo conferant eam: ideſt, accipiant. Iud. 5. Tũc dominare reſiduum magnificis in populo, dominatur pro me in heroibus. ideſt, Tunc dominabatur reſiduum magnificis in populo, Iehoua dominabatur pro me in heroes. Pſal. 22. Deuolue ad dominum Iehouà, liberet eum: pro, deuoluat ſe ad Iehouà, & liberet eum.*

40 *Vtitur lingua Hebræa Imperatiuo in præceptis affirmatiuis vt Deut. 6. Audi Iſrael, Deus Iehoua Deus noſter, Deus Iehoua Deus vnus eſt: At ſecunda perſona futuri in præceptis negatiuis, vt Exod. 20 Non occides, non mœchaberis.*

41 *Quando Infinitiuus ſequitur aliud verbum tertiæ perſonæ, tum ſimiliter eſt in eodem tempore, & eadem perſona transferendus, vt Leuit. 15. Aut ſi expuere fluidum in mundum: ideſt, ſi expuerit fluidus in mundum. Pſal. 35. Qui ſubſannauerunt propter eſtulatam frendere ſuper me dentibus ſuis. Vel; Cum*

Nota *hipocritis deriſoribus* לַעֲגֵי מָעוֹג *ſtridere, frendere ſuper me dentibus ſuis: ideſt Congregati ſunt viles cum hypocritis ad frendendum ſuper me dentibus ſuis. Pſal. 49. & deſcenderunt cum eis recti mane, & petra eorum inueteraſcere: ideſt, inueterauit. Eſa. 42. In flare in cauernas vniuerſi illi, & in carcerum domos abſconditi ſunt. Vbi tamen verbum præteriti temporis ſequitur Infinitiuum. Hier. 7. Et patres accenderunt*

[illegible] *ignem*

ignem, & mulieres ponere paſtam. Et cap.14. Quin etiam cerua agri gemuit, & derelinquere, quia non erat gramen, ideſt dereliquit. Zach. 12. Et plangent eum quaſi planctu ſuper vnigenitum, & amaricari ſuper eum ſecundum amaricari ſuper primogenitum; ideſt, amari erunt ſuper primogenito.

42 *Vnius, & eiuſdem verbi geminatio priore poſito in Infinitiuo ſiue Gerundio in oratione affirmatiua notat affirmationem ſeu aſſeuerationem, & certitudinem. Gen. 18. Et Abraam eſſendo erit in gentem magnam. 1.Sam. 14. Guſtando guſtaui cum extremitate virgæ. 2.Sam.9. Faciendo faciam miſericordiam in te propter Ionatàn Patrem tuum. Pſal. 118. Caſtigando caſtigauit me dominus Iâ, ſed morti non tradidit me. Habac.2. Veniendo veniet, ſed non tardabit. At in oratione negatiua intendit negationem. Exod. 34. Innocentem faciendo, non innocentem facies, ideſt, nequaquam facies innocentem. Ier. 24. Et releuando non releuamen erunt populo huic. Mich. 1. flendo ne fletis. Dan. 10. Et vngendo non vnctus ſum: ideſt, nequaquam vnctus ſum.*

43 *Quando duo verba ſimul in oratione ponuntur ſine copula, vel prius vertitur in aduerbium. Gen.11. Afferte lateres coquamus: ideſt Euge, coquamus lateres. Et mox: Euge ædificabimus nobis ciuitatem. Exod.1. Euge ſapienter agamus contra ipſum, ſapientiores ſimus illis, contra illos. Pſal. 102. Feſtina exaudi me: ideſt, feſtinanter exaudi me. Ioſ.5. Et iterum, Circumcide filios Iſrael ſecundo. Pſal 85. An tu non rurſus viuificabis nos. Ioſ.49. Inordinatè, & in vanum virtutem meam abſumpſi. Et cap.54. Non dixi ſemini Iacob inordinate fruſtrà in vanum quærite me. Oſeæ 9. Profundi ſunt, corrupti ſunt: pro: profunde ſeu funditus corrupti ſunt. Vel poſterius importat cauſam prioris Pſal.88. Tuli terrores tuos vt tremerem: & iterum: Aut gigantes reſurgent, celebrabunt te; ideſt, vt celebrent te. Pſal. 94. Eructabunt, loquentur vetera; ideſt, vt loquantur. Pſal. 104. Tu ſurgens miſereberis Sion, ideſt, vt miſerearis.*

44 *Tertia perſona tàm præteriti, quàm futuri temporis vſurpatur ſæpe imperſonaliter. Leuit.13. Contaminatus contaminatus vocabitur. Deut.15. Quoniam vocabitur remiſſio ipſius Domini Iehouà. 2.Sam.20. Et ſtabitur in promontorio. 2.Reg. 22. Accendetur ira mea in loco iſto, quæ non extinguetur. Iob 25. a flatu Dei dabitur gelu. Pſal.141. Et non audientur ſermones mei, Eſa. 31. ſuſtentator (vel Dñs) ſuper illis viuitur. & cap.64. A ſæculo non*

lo non

lo non audita ſunt, neque mandata ſunt. Hier. 17. & non extinguetur. Mich. 7. Aſſumetur ſuper vos parabola. Prou. 26. Abſcondetur odium.

45 *Mos eſt ſcripturæ, vt aliquoties in eodem verſu loquatur in ſecunda, & tertia perſona. vt Pſal. 66. Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis, illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri, vt cognoſcamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum. Eſa. 1. quia pudeſient ab arboribus, quas concupiſtis. Hier. 11. Et Dominus Iehouâ ſcire me fecit, & cognoui, & oſtendiſti mihi opera eorum, & ibid. iterum. Ad vocem loquelæ grandis exardeſcere fecit ignem ſuper eam, id eſt, ſuper te. & Pſal. 91. multa extant exempla.*

46 *Multa ſunt verba actiua in Pihêl, quæ ſunt neutro paſſiua, & exponuntur paſſiuè Gen. 15. Credidit Abraâm Deo, & imputauit illi iuſtitiam. quod D. Paul. Rom. 4. & ad Gal. 3. ſic vertit: Et imputatum eſt ei ad iuſtitiam. quanquam verbum ſit coniugationis Kal. Similiter Pſal. 51. Vt iuſtifices: pro quo Paulus Rom. 3. ita reddidit: vt iuſtificeris. & eſt in Kal Eſa. 25. Abſorpſit mortem victorioſe. 1. Cor. 15. ita reddidit, Abſorpta eſt mors in victoria. & cap. 48. neque etiã aperuit aurem tuã pro: neque aperta eſt auris tua Et cap. 66. & aperient portas tuas: pro: apertæ erunt portæ eius. Mich. 5. Quia de mercede meretricis collegit, pro: collecta eſt. Iob. 7. & noctes laborioſæ ſubtraxerunt mihi: pro: ſubtractæ ſunt.*

47 *Verba Hiphil coniug. quæ in malam partem accipiuntur, Deo autem attributa, cui talis actio neutiquam competit (quod videlicet non ſit auctor mali) priuatiuè ſunt accipienda, non poſitiuè. Exod. 7. Et ego pertinax reddam cor Pharaonis. Eſa. 63. Quare errare nos facis a vijs tuis? abhorrere cor noſtrum a timore tui: ſic Paulus ad Rom. 1. vtitur etiam verbo, Tradidit, cum ſcribit: Tradidit illos Deus in deſideria cordis ſui. & iterum: Tradidit eos Deus in reprobum ſenſum; in reprobam mentem.*

48 *Verba Hithpahêl aliquoties fictionem ſeu ſimulationẽ quandam ſecum important, vt* הִתְחַלָּה *1. Sam. 12. ſimulauit ſe ægrotum.* הִתְאַבֵּל *2. Sam. 14. ſimulauit ſe lugere. Item* הִתְעַשֵּׁר *ſimulauit ſe diuitem eſſe.* הִתְרוֹשֵׁשׁ *ſimulauit ſe pauperem Prou. 13. ſed non ſemper hoc important.*

Deſumptæ ſunt Regulæ 48. ex quod. authore, cuius nomen reticetur.

DE ABBREVIATVRIS (*vt vulgo loquuntur*) *quibus Rabini in ſuis Commentarijs, & libris vtuntur.*

GRAMMATICI Latini, & Græci de huius generis ortographia (quas *Cifras*, ſeu *Abbreuiaturas* vocant) in ſuis de re grammatica opuſculis tractant; idcirco nos quoque conſentaneum rationi duximus, ſi eas breuiter explicaremus, vt, qui maiores in hac lingua progreſſus facere cuperet, lectitando Doctores illorum, qui ijs ſæpius vtuntur, quàm poſſit explicari, noſtris hiſce præludijs adiuuaretur. Lector igitur, & hunc laborem æqui bonique conſulito.

Littera א.

א In numeris facit, vnum & א̈ vel א: iſtis duobus modis ſignificat mille: ſonat etiam אֶחָד vnum: ſonat אָמַר dixit: ſonat אֲדוֹנִי Dominus meus. ſonat demum אַחַת in genere fœminino, vnam, quod cognoſces ex verbis conſequentibus vel antecedentibus.

אא ſonat
- אָמֵן אָמֵן Amen, amen.
- אֲדוֹנִי אָבִי quod eſt Dominus meus. Pater meus.
- אִי אֶפְשָׁר impoſsibile eſt.
- אִם אוֹמַר ſi dixero. ſonat etiam.
- אֲנִי אוֹמֵר vel אַתָּה אוֹמֵר ego dico, & tu dicis.

אא״ב ſonat אֲדוֹנִי אֲבִיכֶם Dominus Pater veſter.

אא״כ ſonat אֶלָּא אִם כֵּן niſi quod ſic: Vel, Ergo ſi ſic eſt.

אב״ה ſonat אָמַר בָּרוּךְ הוּא dixit Deus, qui eſt benedictus.

א״ה: ſonat אָמַר הַפָּסוּק dicit verſiculus iſte. ſonat etiam אֲפִילוּ הָכִי hoc eſt etiam num, adhuc.

אא״זל ſonat אֲדוֹנִי אָבִי זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה Dominus meus Pater meus.

אא״עה ſonat אָמַר אַבְרָהָם עָלָיו הַשָּׁלוֹם dixit Abraã, ſit ſuper eũ pax.

אא״ע ſonat אַבְרָהָם אֶבֶן עֶזְרָא Abraàm Abèn Ezrà. Rabi ſeu, Doctor celeberrimus.

א״ב ſonat אַלְפָא בֵּיתָא ſignificat Alphabetum & adiuncta. Ea vtuntur, cum dicunt in aliquo verſiculo contineri omnes litteras, & iſta מִן בֵּ״ב ſignificat, Alphabetum ex binis.

א״פ א״ב א״ב ſonat אֶחָד בַּתּוֹרָה אֶחָד בַּנְּבִיאִים אֶחָד בַּכְּתוּבִים vnum in lege, vnum in Prophetis, & vnum in Pſalmis, vel Agiographis.

א׳ב׳ ſonat אות בְּפומו littera in ore eius, ideſt, continet omnes litteras Alphabeti.

אח״כ ſonat אַחַר כֵּן vel אַחֲרֵי כֵן Poſt hoc, vel, Poſtea.

ארע״ה ſonat אָמַר דָּוִד עָלָיו הַשָּׁלוֹם dixit Dauid, ſit ſuper eum pax.

אח״ול ſonat אָמְרוּ חֲכָמִים זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה dixerunt ſapientes, quorum memoria eſt in benedictione.

א״ז ſonat אָמַר זֶה vel אִם זֶה Dixit iſte, vel, ſi hoc eſt.

אז״ל ſonat אָמְרוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה dixerunt, quorum memoria in benedictione eſt.

א״י ſonat אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל terra Iſrael.

א״כ ſonat אִם כֵּן ſi ita eſt, ergo, igitur. ſonat etiam אַחַר כָּךְ poſtea. ſic vtitur ea Chimchi in Iohelem prophetã.

א״ל ſonat אָמַר לָהֶם vel אָמַר לוֹ vel אָמְרוּ dixit eis, dixit ei, dixerunt. & in Thargumaico ſermone profertur ſic אֲמַר לֵיה & dixit ei.

א״מר ſonat אָמַר רַבִּי dixit Rabi, vel Magiſter.

א״יה ſonat אִם יַעֲזוֹר יְהוָה ſi iuuerit Dominus.

אע״ג ſonat אַף־עַל־גַּב quanto magis; cum, licet, quamuis.

אע״נע ſonat אַבְרָהָם עֶזְרָא נוּחוֹ עֵדֶן Abraàm Abèn Ezrà, qui requieſcat in paradiſo.

אע״ף & cum Iòd ſolet ſcribi אע״פי ſonat אַף־עַל פִּי licet, quamuis. Adijcitur aliquando כ׳ vt אע״פכ ſonat אַף־עַל פִּי כֵן quamuis ita ſit.

א״ף ſonat אֶפֶס non, præter.

אפש׳ ſonat אֶפְשָׁר poſsibile eſt, poteſt.

א״ר ſonat אָמַר רַב dixit Magiſter.

ארי״בל ſonat אָמַר רַבִּי יְהֹשֻׁעַ בֶּן לֵוִי dixit magiſter Ioſuè filius Leui.

אש״עה ſonat אָמַר שְׁלֹמֹה עָלָיו הַשָּׁלוֹם dixit Salomòn, ſit ſuper eum pax.

אכ״יר ſonat אָמֵן כֵּן יְהִי רָצוֹן Amen ſic ſit beneplacitum; ſic placeat, vel libeat Domino. quod eſt optantis.

א״מ ſonat אֶרֶץ מִצְרַיִם terra Aegypti.

אמ״ת ſonat אִיּוֹב מִשְׁלֵי תְּהִלִּים Iob, Prouerbia, & lib. Pſalmorum

אמ״אח ſonat אחר מלא אחר חסר alterum plenum eſt, alterum deficiens.

א״נ ſonat אם נאמר ſi dixerimus.

אנ״ק ſonat אונקלוס Vnchelos: Caldæus Interpres Pentateuci, cuius auctoritas apud Hebræos omnes maxima eſt.

אנ״ך ſonat אוריתא נביאים כתובים lex, Prophetę & Pſalmi.

אס״ף ſonat אתנח סוף פסוק Atnach, ſoph paſsuch, ſunt duo accentus hæbraici.

א״ע ſonat אבן עזרא Abèn Ezra, qui commentatus eſt Scripturam omnē, & in Philoſophia exercitatiſſimus fuit.

א״ק ſonat אכתיב קשה & cum Vâu ſolet ſcribi; ſignificat, ſcriptum, vel ſcriptura dura eſt, ideſt, eſt difficilis, vt intelligatur, & indiget ſtudio. Eſt obſcura. Qua abbreuiatura vtuntur, cum in Talmud, vel in alijs libris alter alteri obijcit locum ſcripturæ, qui quæſtionem reddit difficilem. ſonat etiam אמר קרא dixit Scriptura, vel, dicit textus ſcripturæ. appellant autem Talmudiſtę מקרא textum ſcripturæ.

אר״זל ſonat אמרו רבותינו זכרונם לברכה dixerunt Magiſtri, vel Rabini noſtri, quorum memoria eſt in benedictione. & cum Vâu ſonat ואם האמר vel אם תאמר ſi dixeris.

א״ת ſonat

אקב״ו ſonat אשר קדשנו במצותיו וצונו quod eſt: Qui ſanctificauit nos in præceptis ſuis, & illa pręcepit nobis. loquuntur de Deo.

Littera ב.

ב׳ In numeris ſignificat duo, & cum duobus punctis ſuper poſitis ita ב̈ vel virgula infra, ita ב ſignificat, duo millia.

בב״א ſonat בית אב vel באחד domus patris, vel in vno, vel in primo.

באת״בש ſonat vt ſcripta eſt. Sed nota primam ב eſſe ſeruilem. per hanc vero dictionem beatbaſc ſignificat conuerſionem oppoſitam litterarum alphabeti.

ב״ב ſonat בבית in domo, vel ſonat בבא בתרא Tractatus in Talmud, qui dicitur, porta poſtrema, & eſt titulus libri.

כ״ג ſonat בשלשה in trib⁹, quia littera ג ſignificat in numeris, tria.

ב״ה ſonat בעזרת האל vel בגבורת יהוה Cum auxilio Domini, vel Ex decreto, ex ſententia, vel diſpoſitione Dei.

ב״ד ſonat בֵּית דִּין domus iudicij, vel iudicis: Forum Ciuile, & Eccleſiaſticum.

ב״מ ſonat בַּמֶּה דְּבָרִים אֲמוּרִים vel אוֹמְרִים quibus, vel qualibus verbis dicta ſunt) vel: quid ſibi volunt verba hæc?

בד״ה ſonat בְּדִבְרֵי הַיָּמִים in libro Paralipomenon, vel, In verbis dierum.

ב״ה ſonat:
- בֵּיאוּר הַמִּלָּה idest, Expoſitio dictionis.
- בֵּית הִלֵּל domus Ellel, vel, familia Ellel, viri cuiuſdam celebris in Talmud.
- בֵּית הַמִּקְדָּשׁ domus ſanctuarij.
- בֵּית הַכְּנֶסֶת Domus ſynagogæ.
- בַּעַל הַבַּיִת Dominus domus, vel poſſeſſor domus.
- בָּרוּךְ הוּא ipſe (ſcillcet Deus) benedictus.
- בְּעֶזְרַת יְהוָֹה cum auxilio Dei.
- בַּיהוָֹה cum Deo. vel בה׳ idest, cum quinque.

ב״ו ſonat בָּשָׂר וָדָם idest caro & ſanguis. ſignificant hac frequentiſſima abbreuiatura, hominem, qui eſt compoſitus ex carne, & ſanguine, vel etiam quæcunque conſtant ex carne, & ſanguine. ſcribitur etiam ſic בוד.

ב״ח ſonat בַּעֲלֵי חַיִּים viuentia, vel animantia prædita vita. ſcribitur cum ה ſic בה״ח & cum ע in medio ſic בע״ח idem ſignificant.

ב״י ſonat בֵּית vel בְּיוּד domum, vel, cum decem.

ביא״ו בָּרוּךְ יְהוָה אָמֵן וְאָמֵן benedictus Dominus, vel laudetur Dominus in æternum, Amen & Amen.

במ״ש ſonat בְּמִלּוֹת שׁוֹנוֹת cum dictionibus diuerſis, vel mutatis. hac vtitur R. Dauid frequentiſſime in commentarijs ſuper propheras.

בנל״כ ſonat בָּרוּךְ נוֹתֵן לַיָּעֵף כֹּחַ benedictus, qui dat laſſo virtutem. hic verſiculus eſt apud Eſaiam cap. 40.

בע״ה ſonat בְּעֶזְרַת יְהוָֹה vel הָאֵל cum auxilio Dei, vel בְּעֶזְרַת הַצּוּר.

בע״ח ſonat בְּעִנְיָן הַזֶּה vel בְּעוֹלָם הַזֶּה in negotio iſto, vel: in iſta ſignificatione, vel, in hoc mundo.

בע״ע ſonat בַּעֲוֹן עֲבוֹדַת אֱלִילִים in, vel, cum peccato idololatriæ.

ב״ר ſonat בְּרֵאשִׁית רַבָּה Geneſis expoſitio magna, vel ſonat בַּר רַבִּי filius magiſtri N.

בר״ה ſonat בְּרֹאשׁ הַשָּׁנָה in capite anni, vel, in principio anni.

ברז״ל ſonat בְּמַאֲמַר רַבּוֹתֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה in tractatu noſtrorum magiſtrorum, vel: in ſermone Rabinorum, quorum memoria eſt in benedictione.

ב״ש ſonat בֵּית שַׁמַּאי Domus Sciammai, ſiue Schola Sammai, doctoris cuiuſdam celebris in Talmud.

בב״ר ſonat בְּבְרֵאשִׁית רַבָּה in libro magnæ expoſitionis in Geneſ.

ב״ס ſonat בְּסֵפֶר in libro.

Littera ג.

ג In numeris valet, tria; cum punctis ſuperpoſitis ita ג̈ vel ſic ג cum virgula infra, valet, Tria millia.

ג״ה ſonat גֵּהִינָּם infernus, Tartara, gehenna.

ג״ז ſonat גַּם זֶה etiam iſte. ſonat גְּזֵרָה ſententia, vel decretum.

ג״מ ſonat גִּיאמַטְרִיָּא ſignificat Arithmeticam, eſt enim ſecundum Haruch quando pro dictione אֶחָד ſcribunt tantum litteram א & pro מֵאָה quod ſignificat, centum, ſcribunt p litteram. Vel גִּמַטְרִיָּא ſignificat reuolutiones anni apud illos, & quatuor ingreſſus Solis in quatuor ſigna cæleſtia, vel Zodiaci facientis iſto ingreſſu mutationem anni, vt frigus, æſtas, Autumnus, Ver; & quia hoc non poſſunt ſcire ſine Geometria, vel Arithmetica. Hæc eſt expoſitio R. Dauid de Pomis in ſuo Dictionario. Ego dicerem eſſe nomen Græcum *Geometriam* ſignificans, quo illi ad aliud ſignificandum vtuntur in eorum gloſſis: nec ſignificant Geometriam, ſed artem quandam Cabaliſticam, qua numerando litteras duarum dictionum, ſi inuenerint numeros æquales, dicunt illas duas dictiones idẽ ſignificare per גִּמַטְרִיָּא idest, per Geometriam, quam nos ſupra Arithmeticam vocamus, & melius conſonat illi arti numerandi apud eos frequenti, & difficili. plura apud alios.

גנ״ת ſonat גִּימַטְרִיָּא נוֹטָרִיקוֹן תְּמוּרָה hæ ſunt tres partes Cabalæ, quas iſto modo appellant, dictum eſt de primæ dictionis ſignificatione. De ſecunda quæ eſt נוֹטָרִיקוֹן varij varia ſentiunt. ſed ſcito notarios apud Hebræos vocari נוֹטָרִין artem vero notarij נוֹטָרִיקוֹן eſt ergo נוֹטָרִיקוֹן ars quædam ſcribendi, quia iſte mos Notariorum abbreuiare dictiones, & ſcribere duas vel tres litteras volentes denotare dictionem integram, & vnaquæque illarum ſignificat vnam dictionem. Hæc eſt ex-

poſitio

poſitio R. Salomonis. Eſt ergo נוטריקון *Nota*, cuius chara-cteres omnes ſignificant aliquam dictionem, quæ vernacula lingua dicitur, littera per partes, vt quando ex vna dictione duæ fiunt, quod vocamus, Cifra. Exemplum, ſi vis, proferam, habes in magna expoſitione in Geneſim, quæ vocatur בראשית רבה exponentes locum illum Geneſis 21. Plantauit אשל in Berſabée, dicũt ipſi dictio אשל eſt נוטריקון ideſt omnes litteræ ſignificant dictiones, א ſignificat אכילה ideſt cibum, ש ſignificat שתיה potum, ל ſignificat לויה ſocietatẽ, vel לבושה. Veſtem vides in hoc exemplo quid vocant Hebræi נוטריקון. De תמורה vide alios, qui agunt de hac re, ſignificant enim artem, qua quis doctus ſcit mutare characteres vnius dictionis in alios, quod eſt in vſu apud illos.

ג״ע ſonat גן עדן paradiſus voluptatis, vel ſonat גלוי עריות ideſt reuelatio turpitudinum, & pudendorum.

ג״ש ſonat גזרה שוה ſententia æqualis, vel, ſimilis.

Littera ד.

ד In numeris valet quatuor, & cum punctis vel virgula 4000. & ſic faciunt in reliquis vſque ad litteram י Iód.

ד״א ſonat דבר אחר alius ſermo, verbum aliud; ſiue, alia gloſſa, vel, Alia expoſitio: Alius intellectus.

דב״ק ſonat דבבא קמא portæ primæ. eſt Tractatus in Talmud.

ד״ה ſonat דברי הימים verba dierum, vel Paralipomænon. ſonat דברי המחבר verba authoris, ſonat דברי הכותב verba ſcriptoris.

ד״ז ſonat דבר זה verbum hoc, hoc factum.

ד״ח ſonat דברי חכמים verba ſapientum.

ד״י ſonat דבר יהוה vel דברי Verbum, verba Domini.

ſonat דרך משל via exempli, vel parabolæ, vel ſimilitudinis, vel, exempli gratia, aut, eſt exemplum.

ד״כ ſonat דרך כלל via vniuerſali, vel, Vt concludam.

דע״ה ſonat דוד עליו השלום Dauid, ſit ſuper eum pax.

ד״ר ſonat דברי רבי verba magiſtri vel Rabini, ſonat etiam דברים רבה hoc eſt, Expoſitio magna in Deuteron.

דרז״ל ſonat דרשו חכמים זכרונם לברכה Expoſuerunt ſapiẽtes, quorum memoria eſt in benedictione.

ד״ת ſonat דברי תורה verba legis.

ד״ש ſonat דִּבְרֵי שָׁלוֹם verba pacis.

Littera ה.

ה In numeris valet quinque; cum punctis, quinque millia.

הא״ע ſonat הֶחָכָם אִבֶּן עֶזְרָא ſapiens Abèn Ezrà.

ה׳ ſonat יְהֹוָה Deus.

הב״ד ſonat הַבֵּית דִּין Domus Iudicij, vel Iudicis.

הקב״ה ſonat הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא Deus ipſe benedictus.

הה׳ ſonat הוּא הַדַּיָּן ille iudex, ſonat הַסֵּפֶר הָרִאשׁוֹן liber primus.

הה׳ ſonat הַסֵּפֶר הַזֶּה liber iſte.

הה״ד ſonat הָדָא הוּא דִּכְתִיב hoc eſt quod ſcriptum eſt, vel hoc eſt quod diximus, vel ſcripſimus.

ה״ו ה״י ſonat הוּא: הִיא ille, illa.

הל״ל ſonat הָיָה לוֹ לֵאמֹר debebat dicere, fuerat ei dicendum. ſcribitur item הל״ל & idem ſonat, idemq. ſignificat.

הכ״כ ſonat הַכָּבֵד Graue.

ה״מ ſonat הָנֵי מִילִין vel מִילֵי iſti ſermones.

הכ״רא ſonat הֵיךְ מַה דְּאָמַר ſecundum, vel, iuxta illud quod dixit, dicit.

המ״רא ſonat הֵיךְ מַה דְּאָמַר eadem cum ſuperiori abbreuiatura.

ה״נ ſonat הָכִי נַמִּי ſic etiam.

הנ״כ ſonat הַנָּבִיא propheta.

הנ״ל ſonat הַנִּזְכָּר לְמַעְלָה commemoratum eſt ſupra, vel, Cuius mentionem fecimus ſupra.

הנ״ר ſonat הַנָּדִיב רַבִּי Ingenuus, liberalis magiſter, ſonat etiam הַנִּרְאֶה Videtur.

הפ״ע ſonat הַפּוֹעַל verbum.

ה״ק ſonat הַקָּדוֹשׁ ſanctus.

הש״י ſonat הַשֵּׁם יִתְעַלֶּה Deus exaltatus, vel excelſus, vel exaltandus. & ſonat cum ה in fine, ſic השי״ת Deus benedictus, vel qui eſt benedictus.

הראב״ע ſonat הָרַב רַבִּי אַבְרָהָם אִבֶּן עֶזְרָא Doctiſſimus magiſter Abrahàm Abèn Ezrà.

הרד״ק ſonat הָרַב רַבִּי דָּוִד קִמְחִי Doctiſsimus magiſter Dauid Chimchi.

הרמב״ם ſonat הָרַב רַבִּי מֹשֶׁה בַּר מַיְמוֹן Doctiſsimus Magiſter, vel Rabi Moyſes filius Maimòn.

הרמ״ב ſonat הרב רבי משה בר נחמן doctiſsimus magiſter Moiſes filius Naaman.

הרמ״כ ſonat הרב רבי משה בר דוד Doctiſſimus Rabi Moſes filius Dauid.

הרא״ש ſonat הרב רבי אשר Doctiſsimus magiſter Aſcièr.

הרב״י ſonat הרב רבינו יעקב doctiſsimus magiſter noſter Iacob.

הר״ת ſonat הרב רבי תם doctiſsimus magiſter noſter Tam.

Littera ו.

ו׳ In numeris valet ſex.

וג׳ ſonat וגומר & cætera, vel, perfice quod reſtat.

וכ״א ſonat וככל אחר & in vnoquoque, vel in ſingulis.

וה״א ſonat והיינו אך & hoc eſt certe illud.

ור״ל ſonat ודי למבין & ſatis eſt intelligenti.

וי״ל ſonat ויש לפרש & poteſt exponi. vel, eſt expoſitio altera : eſt reſpondendum, ſonat ויש לומר & poteſt dici.

ול׳ ſonat ולמד & docuit, vel didicit. ſonat ולומר & dicendum eſt. hac vtuntur, cum ſoluunt obiectiones, & argumenta.

וכת״י ſonat וכן תרגם יונתן & ſic expoſuit, vel tranſtulit Ionatas.

וי״מ ſonat ויש מפרשים ſunt qui exponunt.

וי״א ſonat ויש אומרים ſunt qui dicant.

וה״ש ſonat והוא הוא שאמר & hoc eſt, quod dixit.

ויק״ר ſonat ויקרא רבה idest, Expoſitio magna in Leuiticum.

וכו׳ ſonat וכולי & cætera. hanc & וגומר apponunt, cum citant verſus Scripturæ non integros.

וצ״ע ſonat וצריך עיון & indiget conſideratione, vel ſtudio, vel eſt animaduertendum.

ופרש״י ſonat ופירש רבי שלמה ירחי & expoſuit magiſter Salomon Iarchi.

וג״ח ſonat וגמילות חסדים vel וגמול חסדים & retributio miſericordiarum, vel eleemoſynæ.

Littera ז.

ז׳ In numeris valet ſeptem, cum duobus punctis, vel virgula ſubtus poſita valet 7000.

ז״א ſonat זה אמר hic dixit, ſonat זה אומר hic dicit.

ז״כ ſonat זמן כמה Quando? vel quo tempore?

ז״ה ſonat זה הדבר hoc eſt verbum, vel hic eſt ſermo.

זנ״כ ſonat זה גם כן etiam hic, vel hoc etiam ſic.

ז״ל ſonat זִכְרָם לִבְרָכָה vel זִכְרוֹ memoria eius in benedictione. hac vtuntur, cum citant aliquem Rabinum, vel multos ſimul, & apponunt hanc tum in ſingulari, tum in plurali, quod ex antecedentibus cognoſces. ſonat etiam זֶה לְשׁוֹנוֹ hæc ille. vel, hic eſt ſermo eius. vel, hæc ille dicit. ſonat etiam זָכוּר לַטּוֹב commemoratus in bonum,

זצ״ל ſonat זֵכֶר צַדִּיק וְזַרְעוֹ לִבְרָכָה memoria iuſti, & ſeminis eius ſit in benedictione. ſcribitur etiam ſic זצ״ל & ſonat זֵכֶר צַדִּיק לִבְרָכָה memoria iuſti in benedictionem.

וש״ה ſonat זה שֶׁאָמַר הַכָּתוּב hoc dixit Scriptura. vel, hoc eſt illud quod voluit ſignificare innuere Scriptura ſancta.

Littera ח.

ח׳ In numeris octo cum duobus punctis, & virgula, & octo millia.

ח״ו ſonat חַס וְשָׁלוֹם idest, miſericordia, & pax, vel, parce, & pax. vel, abſit hoc ab alio. vel, hoc nefas eſt dicere pace aliorum. & vtuntur in ſermone, vel rei abſurdæ, vel rei impoſſibilis in aliquo, vel quando volunt remouere ab aliquo mala.

חז״ל ſonat חֲכָמִים זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה ſapientes, memoria quorum ſit in benedictione.

חל״ב ſonat חֵרֶם לְזָרִים בְּנָחָשׁ, anathema ſit alienis iuxta ſerpentem, vel cum ſerpente deſtruantur alij, quo ſermone maledicere, vel excommunicare ſolent omnes gentes præter ſe.

Littera ט.

Non eſt in ea, niſi numerus nouem, & 90000. & nullam habet abbreuiaturam.

Littera י.

י׳ In numeris decem valet.

י״י ſonat יְהֹוָה vel אֲדוֹנָי Deus, Dominus.

י״א ſonat יֵשׁ אוֹמְרִים ſunt qui dicant.

יוה״כ ſonat יוֹם הַכִּפּוּרִים dies expiationum, vel veniæ peccatorum.

יו״ט ſonat יוֹם טוֹב dies bonus, vel dies feſtus.

י״ל ſonat:
- יֵשׁ לֵאמֹר Dicendum eſt.
- יֵשׁ לְפָרֵשׁ eſt exponendum.
- יֵשׁ לְהַקְשׁוֹת eſt argumentum, vel, in controuerſiam dubium vocari poteſt, vel eſt ad arguendum, vel, poteſt quis argumentari.
- יֵשׁ לִשְׁאוֹל poteſt quærere, vel interrogandum eſt.
- יֵשׁ לְתָרֵץ eſt ad ſatisfaciendum, vel poſſet reſolui argumentum directè.

י״מ ſonat יֵשׁ מְפָרְשִׁים ſunt qui exponunt.

ישׂ׳ ſonat יִשְׂרָאֵל Iſrael.

יומ״ה ſonat יָצָא מִן הַכְּלָל exiuit ex ordine: præter regulam eſt.

יש״צ ſonat יִשְׁמְרֵנוּ צוּרֵנוּ cuſtodiet nos Deus noſter.

יצה״ר ſonat יֵצֶר הָרָע fomes malus.

יצ״ו ſonat יִשְׁמְרֵנוּ צוּרֵנוּ וִיחַיֵּינוּ cuſtodiat nos Deus noſter, & viuificet nos.

יו״ת ſonat יוֹנָתָן תִּרְגֵּם Ionatas gloſſauit, tranſtulit, vertit.

ית׳ ſonat יִתְבָּרַךְ vel יִתְעַלֶּה ideſt, Deus benedictus, vel laudandus.

יתקק ſonat יְשַׁעְיָהוּ תְּרֵי עֲשַׂר קִינוֹת קֹהֶלֶת Eſaias, Duodecim Prophetæ minores, Lamentationes, & Eccleſiaſtes.

יר״ה ſonat יָרוּם רוּם הוֹדוֹ extollatur altitudo laudis eius, vel extollatur maieſtas decoris eius. loquuntur de Deo, & de Principibus, vel ſublimioribus viris, & de Rabinis ſuis.

י״ש ſonat יִמַּח שְׁמוֹ deleatur nomen eius.

Littera כ.

כ. In numeris valet viginti, & ך finalis 500.

כ״א ſonat כִּי אִם niſi, ſed. ſonat כָּל אֶחָד vnuſquiſque.

כאשׂ ſonat כַּאֲשֶׁר quemadmodum, ſicut, ceu.

כ״ג ſonat כֹּהֵן גָּדוֹל Sacerdos magnus, ſonat כְּנֶסֶת גְּדוֹלָה Eccleſia, vel Synagoga magna.

כ״ד ſonat כָּל דָּבָר omne verbum, totus ſermo. ſonat כְּמוֹ דְּאָמַר vt dixerat: vel abſolutè ſignificat viginti quatuor.

כ״א ſonat כמו דאת אומר ſicut tu dicis,vel ſecundum quod dicis. ſonat כמה דאומר ſecundum id quod ait.

כ״ה ſonat כן הוא ita ipſe eſt, vel ita ſe habet,vel, vigintiquinque. qua inſinuant litteras vnius verſiculi Deut. 6. 7. contentas in illo, Audi Iſrael Dominus,&c.

כה״א ſonat כן הוא אמר ita ille dixit, vel כן הוא אומר ita dicit, hæc ille.

כה״ג ſonat כהאי גוונא ad hunc modum. vel, & id genus, & ſcribitur cum Vâu in principio וכה״ג ſonat etiam כהוגן ſicut decet.

כ״ז ſonat כל־זה hoc totum, omnia iſta.

כ״כ ſonat:
- כל־כך vſque adeo, in tantum, hoc totum, tamen, & ſcribitur cum ו Vâu ſic וכ״כ & ſonat idem. ſed ſonat alibi וכל כרכן & omnia huiuſmodi.
- In Maſſeros ſonat כן כתיבין ita ſcribuntur, vel כן כתיב ita ſcriptum eſt.

כ״ל ſonat כלומר quaſi dicat.

כל״ח ſonat כלהון חסרים vel כלו omnia ſunt defectiua,vel deficientia.

כ״ל ſonat כל לשנא vel כל לשון omnis lingua,ſermo.

כ״מ ſonat כבוד מעלת gloria dignitatis.

כמ״ר ſonat כבוד מעלת רבי gloria celſitudinis Rabi,vel Magri.

כמהר״ר ſonat כבוד מעלת הרב רבינו gloria dignitatis, vel celſitudinis doctiſsimi Magiſtri,Magiſtri noſtri.

כמ״ש ſonat כמו שאמר ſicut ſcripſit, vel dicit.

כ״ק ſonat כל קריה Tota ſcriptura,vel כל קריאה idem.

כ״ש ſonat כל שכן quanto magis? vel, à fortiori.

כש״א ſonat כשאמרת ſicut,vel, ſecundum quod dixiſti.

כ״ת ſonat כתוב ſcriptum eſt,vel כתב ſcriptura.

Littera ל.

ל׳ In numeris facit triginta.

ל״א ſonat לשון אחר lingua alia, expoſitio, alius modus, & in plurali Expoſitio aliorum, vel, aliæ expoſitiones. ſonat לשון אשכנז lingua Germanica,vel Heluetia.

לא״י ſonat לארץ ישראל In, vel ad terram Iſrael.

ל״ד ſonat לית דכוותיה eſt ſimilis illi.

למה״ד ſonat למה הדבר דומה cui rei aſſimilatur? ſolet etiam ſcribi

ſcribi cum ם ſic למה״ר & ſonat & ſignificat idem.

לכ״א ſonat לָכֵן אָמַר vel לְכָךְ propterea, vel, idcirco dixit. ſonat etiam לְכָל אֶחָד vnicuique, & ſcribi ſolet cum Vau in principio.

לכ״נ ſonat לְכָךְ נֶאֱמַר propterea dictum eſt: ſonat etiam לִי נִרְאֶה Mihi videtur. ſed prima ſolet ſcribi cum כ ſic לכ״נ & idem valet.

לס״ת ſonat לְסֵפֶר תּוֹרָה In libro legis.

לע״ש ſonat לְעֶרֶב שַׁבָּת ad Veſperam Sabbathi.

לעה״ב ſonat לְעוֹלָם הַבָּא in ſæculo futuro.

לע״ד ſonat לְעַיֵּן דֶּרֶךְ vt ſtudeat modum.

לפ״ך ſonat לְפִיכָךְ Idcirco, propterea, propter hoc.

לפ״ק ſonat לְפְרָט קָטָן ſecundum numerum minorem. vocant numerum minorem centenarios numeros ſequentes milleſimos. Et ſolent dicere: Liber hic editus fuit anno a creatione mundi 4462. ſecundum numerum minorem, & hoc ita ſcribunt in principio ſuorum librorum, נדפס כשנת תס״ב לפ״ק idest fuit editus anno 462. (& relinquunt milleſimum) ſecundum numerum minorem, qui eſt 462.

לש״ש ſonat לְשֵׁם שָׁמַיִם Deo, vel Deum.

Littera מ.

ם In numeris valet quadraginta, ם finalis valet 600.

מ״א ſonat מִשְׁקָל אַחֵר pondus aliud, ſiue forma, vel alterius generis. ſonat etiam מִדְרָשׁ אַגָּדָה expoſitio Agheda, quæ eſt circa Talmud. ſonat מִכָּל אֶחָד de vnoquoque, ab vnoquoque.

מג״ו ſonat מִגְּזֵרָה ex ordine, ſiue decreto.

מג״ש ſonat מִגִּרְסַת שְׁמוּאֵל ex doctrina Samuelis.

מ״ד & ſolet ſcribi cum Aleph א ſic מ״א ſonat מַן דְּאָמַר id quod ille dixit, & ſonat מַה דְּאַתְּ אוֹמֵר id quod tu dicis.

מאג״ד ſonat מִדְרָשׁ אַגָּדָה expoſitio Agheda, cuiuſdam expoſitionis in Talmud nomen.

מ״ט ſonat מַאי טַעְמָא Interrogatiue ſcilicet legitur, vel exponitur, ſonat מַה טַּעַם quæ eſt ratio? Cur? Quare?

מנ״ל ſonat מְנָה לָן Vnde nobis hoc? vel; Vnde colligitur hoc?

מ״ה ſonat מַלְכוּת הָרִשְׁעָה Regnum impietatis. ita vocant Regnum Romanorum. ſonat מְאוֹרַת הַגּוֹלָה lumen captiuitatis. Eſt epithetum R. cuiuſdam Gherſcionis nomine qui aperientibus litteras alienis anathema impoſuit. Vnde litteras obſignatas extra ita ſignant, ואסור לזרים כחרם דרגמ״ה Prohibitum ſit alienis ſub anathemate R. Gherſcionis qui lumen captiuitatis fuit.

מ״מ ſonat מִכָּל מָקוֹם nihilominus, Attamen. tamen.

מ״ס ſonat מַסָּרָה הַגְּדוֹלָה Meſara magna, liber eſt Talmud.

מ״פ ſonat מֶצַע פָּסוּק medium, medietas verſus.

מלה״ר ſonat מָשָׁל לְמָה הַדָּבָר דּוֹמֶה Exemplum (ſcilicet affer huius) cui nam rei aſſimilatur? hoc ſcilicet quod dixit vel dixiſti. Ecce exemplum.

מ״ק ſonat מִקְרָא קוֹדֶשׁ ſolemnitas celebris, ſeu conuocatio celebris, vel feſtum ſanctum; feſtum ſolemne.

מ״ר ſonat מָרַת domina,

מרע״ה ſonat מֹשֶׁה רַבֵּינוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם Moyſes magiſter noſter. ſit ei pax.

מ״ק ſonat מִשְׁקָל numerus, menſura, pondus, modus.

מ״ת ſonat מַתַּן תּוֹרָה donum, Datio legis. ſcribitur cum ם in principio, & idem valet.

Littera נ.

נ In numeris valet quinquaginta; finalis valet 700.

נ״א ſonat אֶבֶן idest, Aben Ezra.

נ״א ſonat נֶאֱמַר vel נֹאמַר dictum eſt, vel dicemus. (plur.

נ״א ſonat נוּסְחָא אַחֲרִינָא vel אַחֶרֶת Codex alius, vel aliud exem-

נ״נ ſonat נִינְוֵה Niniue, ſonat נְבוּכַדְנֶאצַּר Nabucdonoſor.

נ״כ ſonat נְבִיאִים כְּתוּבִים Propheta, vel pſalmi, vel Agiographa.

נ״ע ſonat נוּחוֹ עֵדֶן requies eius ſit paradiſus; vel eſt,

נ״ל ſonat נִרְאֶה לִי videtur mihi. ſonat נִזְכַּר לְמַעְלָה fuit commemoratum ſuperius, ſonat נוּכַל לוֹמַר poſſumus dicere.

נ״ר ſonat נִרְאֶה videtur.

נ״מ ſonat נַפְקָא מִנֵּהּ ſequitur inde: vel, infertur ex hoc.

נר״ו ſonat נִשְׁרָא רוּחֵיהּ וְסַיְיעֵיהּ cuſtodiatur ſpiritus eius, & adiuuetur.

Littera

Littera ס.

ס׳ In numeris valet ſexaginta. In Biblijs vero ſignificat ſequentem narrationem cohærere priori, & hanc vocāt סְתוּמָה clauſus eſt, ſcilicet tractatus, ſermo iſte cum ſuperiori.

ס״א ſonat סֵפֶר אַחֵר alius liber.

ס״ד ſonat סָלְקָא דַעְתָּךְ aſcendit in mentem tuam? cogitaſti hoc?

ס״ו ſonat סוֹף finis.

ס״פ ſonat סוֹף פָּסוּק finis verſiculi.

ס״ל ſonat סְבִירָא לֵיה opinatur ille, vel, opinio illius eſt.

סכ״לי ſonat סְמִיכוּת הַבּוּי כִּנּוּי יְדִיעָה coniunctio genitiui, pluralis, pronomen, notificatio, ſeu articulus, ſiue Hè demōſtratiua.

ס״ת ſonat סֵפֶר תּוֹרָה liber legis, ſonat סוֹף תֵּיבוֹת finis dictionū.

Littera ע.

ע׳ In numeris valet 70.

ע״א ſonat עִנְיָן אַחֵר alia ſignificatio, vel aliud negotium, vel alia res. ſonat עֲבוֹדָה אַחֶרֶת alia ſeruitus, vel idolatria. ſonat עָוֹן אֶחָד vnum peccatum.

עאכ״ו ſonat עַל אַחַת כַּמָּה וְכַמָּה Quāto magis. vel vnum ex tot & tot. hac vtuntur hoc modo לֹא רָצָה לְדַבֵּר הַשֶּׁקֶר עאכ״ו idest, noluit loqui falſitatem, etiam vnum ex multis, ideſt quamuis poſſet dicere aliquam, noluit vel vnam ex multis. Scribitur etiam ſic על אכ״ו & idem ſignificat. Vtuntur alio modo, v, g. ſi non licet hoc עאכ״ quanto magis & illud quod minus eſt, vel maius malum.

ע״גם ſonat עַל גַּב מִזְבֵּחַ ſuper, vel in ſuperficie altaris.

ע״ד ſonat עַל דֶּרֶךְ iuxta viam, vel, iuxta modum, vel, iuxta illud.

ע״דם ſonat עַל דֶּרֶךְ מָשָׁל iuxta viam parabolæ, vel, exempli gratia, vel, vt afferam exemplum.

ע״ה ſonat { עָלָיו הַשָּׁלוֹם ſuper eum pax.
עוֹלָם הַזֶּה mundus iſte, vel ſæculum hoc.
עִנְיָן הַזֶּה hæc ſignificatio, vel hoc ſignificatum, vel hoc negotium, vel hæc res.
עוֹלָם הַבָּא ſæculum futurum.
עֵין הַקּוֹרֵא oculus legentis.
עֵדֶן הָעֶלְיוֹן deliciæ ſuperiores, vel paradiſus ſuperior. }

ע״ז ſonat עֲבוֹדַת זָרָה cultus alienus, vel cultura Idolorum, vel Idololatria.

עים

עי״מ ſonat על ידי מקרה per accidens.

ע״י ſonat על ידי per manus, vel, opera, miniſterio, beneficio, medio, occaſione, & per illum, vel te.

עכ״ז ſonat עם כל זה cum toto iſto, vel, omni iſto modo, breuius & elegantius ſignificat, Tamen, attamen.

ע״כ ſonat עד כן huculque ille.
ſonat על כן idcirco, propterea.

עמ״ש ſonat על משקל iuxta pondus, vel ſecundum formam, & ſimilitudinem.

ſonat על מנת hac conditione, hoc pacto.

עכ״ל ſonat עד כאן לשונו hęc ille (ſcilicet) dixit, vel hæc ſunt verba illius.

עמ״י עשו״ ſonat עזרי מעם יהוה עושה שמים וארץ Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum, & terram. Eſt, verſus Pſal. 103. ſolet ab eis in principio librorum poni.

ע״צ ſonat על צד iuxta latus, iuxta, ex parte, per vel pro.

ע״פ ſonat על פי iuxta iudicium, vel ſententiam, vel iuxta interpretationem, ſeu declarationem, vel, ſecundum.

ע״ש ſonat ערב שבת Veſperæ ſabbati. ſonat עיין שם ſtude, vide ibi. ſonat עם שלום cum pace, ſonat על שם de nomine, vel pro eo, quod. ſonat etiam & legitur על שום idest, eo quod, ob id, idcirco, propter hoc, propter.

עע״א ſonat עובדי עבודה אחרת ij qui ſeruiunt Dijs alienis, vel idolatris, vel gentilibus. falſo enim autumant, & credunt Hebræi omnes ipſis exceptis, ſeruire dijs alienis, vel Idolatriæ cultores eſſe.

עכו״ם ſonat עובדי כוכב ומזלות qui ſeruiũt ſtellis, & planetis cęli.

Littera פ.

פ׳ In numeris 80. finalis valet 800. In Biblijs ſignificat ſequentem narrationem eſſe diuerſam à ſuperiori, vel non cohærere, & ita ſonat פתוחה idest aperta, vel diuiſa narratio.

פ״א ſonat פירוש אחר alia expoſitio, & פרקי אבות Capita, ſeu Sententiæ Patrum. Eſt titulus vel inſcriptio cuiuſdam libri. cum ב in principio poſita ſonat בפרק in capitulo.

פ״ו ſonat פתח וספרא Porta libri.

פ״ק ſonat פרק קמא Capite primo.

פרש״י ſonat פירוש רבי שלמה ירחי vel פירוש Expoſitio magiſtri,

vel

vel Rabini Salomonis filij Iarchi, vel, expoſuit magiſter Salomonis, &c.

פזרקש״ב omnes litteræ ſignificant ſingulas dictiones פ ſonat פָּסוּק versus, ז ſonat זְמַן tempus. ר ſonat רֶגֶל ſolemnitas. ק ſonat קָרְבָּן ſacrificium, ש ſonat שִׁיר canticum ב ſonat בְּרָכָה benedictio.

Littera צ.

צ׳ In numeris valet 90. finalis valet 900.

צ״ע ſonat צָרִיךְ עִיּוּן indiget ſtudio, opus eſt animaduertentia.

צ״ל ſonat צָרִיךְ לוֹמַר dicendum eſt, vel, opus fuit dicere.

Littera ק.

ק׳ In numeris valet centum. ſonat cum virgula ſupra קָשֶׁה durum, obiectio, quæſtio difficilis, ſcrupulus.

ק״ו ſonat קַל וָחוֹמֶר leue, & graue, facile, & difficile: vel ſumitur frequentius pro eo quod dicunt Logici: A minori ad maius valet argumentari.

ק״כ ſonat קְרִי כְּתִיב legitur, vt in textu, vel; Alia lectio, ſcilicet huius, vel alterius loci ſcripturæ.

ק״ה ſonat קְדוּשַּׁת יְהוָה Sanctitas Dei.

ק״ק ſonat קָהָל קָדוֹשׁ Eccleſia, vel ſynagoga ſancta.

ק״ש ſonat קְרִיַּת שְׁמַע lectio Audi, ſcilicet verſus Deut. 6. Audi Iſrael, Deus Deus, &c.

קמ״ל ſonat קָא מַשְׁמַע לָן Quid infertur ex hoc? vel, quid colligimus ex his verbis, vel ex hoc loco nobis?

הקב״ה ſonat הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא ſanctus ipſe Deus benedictus.

Littera ר.

ר׳ In numeris valet 200,

ר׳ ſonat רַב vel רַבִּי Magiſter, vel Rabi.

ר״א ſonat רֹאשׁ caput.

ראב״ע ſonat רַבִּי אַבְרָהָם אִבֶּן עֶזְרָא Rabi Abraham Abèn Ezrà.

רד״פ ſonat רַבִּי דָוִד פֵּירֵשׁ Rabi Dauid expoſuit.

ר״ה ſonat { רְשׁוּת הָרַבִּים licentia, vel venia multorum. / רֹאשׁ הַשָּׁנָה initium anni, vel caput. / רִבּוֹן הָעוֹלָם quod eſt, Dominus mundi, & ſcribitur ſic רב״ע & ſonat idem. }

רז״ל

רג״ל ſonat רבותינו זכרונם לברכה Magiſtri noſtri, quorum memoria eſt in benedictione.

ריב״ז ſonat רבי יונה בן זכאי Rabi Iona filius Zachai.

ריב״ל ſonat רבי יהושע בן לוי Rabi Ioſue filius Leui.

ר״ל ſonat רוצה לומר vult dicere: Significat: ideſt, innuit.

ר״ש ſonat רבינו שלמה magiſter noſter Salomon.

רע״ה ſonat רבינו עליו השלום Magiſter noſter, ſit ſuper eũ pax.

ר״פ ſonat ראש פסוק caput verſiculi.

רש״י ſonat רבי שלמה ירחי Rabi Salomon Iarchi.

ר״ש ſonat רבי שלמה Rabi Salomon.

ר״ת ſonat ראשי תיבות principia, ſeu capita dictionum.

רבש״ע ſonat רבונו של עולם O Domine mundi huius.

רבט״ל ſonat רבי מאיר סבירא ליה Rabi Meir credebat, putabat, illius ſententiæ erat, vel in ea ſententia.

Littera ש.

ש׳ In numeris valet 300.

שב״נ ſonat שם בר נש nomen eſt cuiuſdam hominis.

שב״ד ſonat שבית דין in domo iudicis, vel res quæ fiunt in domo iudicis.

ש״ד ſonat שפיכות דמים effuſio ſanguinis, vel homicidium.

ש״ה ſonat שבת היום Sabbatum hodie ſcilicet eſt.

ש״י ſonat שיהיה quod ſit, id quod erit. ſonat שיחיה qui, vel quæ viuat.

ש״מ ſonat שמע מנה Audis hinc, vel hinc collige, vel audi ex eo.

ש״נ ſonat שנאמר vt ſcriptum eſt, vt dicitur, quia ſcriptum eſt.

ש״ר ſonat שמות רבה Expoſitio magna in Exodum.

שס״ה Importat ſymbolum, vel numerum præceptorum negatiuorum, quæ ſunt 365. quæ ab Hebræis alio nomine dicuntur מצוות לא תעשה ideſt præcepta negatiua, affirmatiua dicuntur מצוות עשה.

ש״ע ſonat שליח צבור Nuncius congregationis, vel Legatus Communitatis.

שצמ״חנכל ſonat שבתי צדק מאדים. חמה נוגה כוכב לבנה Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

ש״ל ſonat שרוצה לומר quod vult dicere.

שׁ״ת ſonat שתחיה quæ, vel qui viuat.
ש״ם ſonat של מזמור Pſalmi: genitiui caſus.
שאח״זל ſonat שאמרו חכמים זכרונם לברכה Quod dixerunt ſapientes, memoria eorum ſit in benedíctione.

Littera ת.

ת׳ In numeris valet quadringenta.
ת״א ſonat תרגום אחר alter Targhum, vel alia verſio Caldaica, & ſonat תרגום אונקלוס Largum Vnchelos, vel interpretatio Vnchelos, quæ etiam apud eos eſt maximi ponderis.
ת״ח ſonat תלמידי חכמים diſcipuli ſapientam. & תא חזי ideſt, veni, vel ſiſte, & vide.
ת״ל ſonat תלמוד לומר doctrina hæc docet, oſtendit, notanter addit, vel vult ſibi hoc ſermo. ſonat תהלה לאל laus Deo. ſonat תרי לשנא duæ ſignificationes, vel duo ſignificata ſunt.
ת״י ſonat תרגום ירושלמי Interpretatio Caldaica Hieroſolymitana. ſonat תרגום יונתן Interpretatio Caldaica Ionatæ, ita habet, quæ apud illos eſt magnæ auctoritatis.
ת״כ ſonat תורת כהנים lex ſacerdotum, vel regulæ ſacerdotum.
תנצב״ה ſonat תהיה נפשו צרורה בצרור החיים ſit anima ſua ligata in faſciculo vitæ viuentium.
תנב״עא ſonat תהיה נפשו בגן עדן אמן ſit anima eius in horto Paradiſo delitiarum. Amen.
ת״ר ſonat תנו רבנן vel רבותינו docuerunt magiſtri noſtri, vel legerunt, vel annunciauerunt, vel iterauerunt dicentes in Academia. hac vtuntur, cum recitant opiniones ſuorum Rabinorum Talmudiſticorum.
כ׳ hac denique virgula ſuperpoſita cuilibet dictioni vtuntur ad denotandum omnes & quaſlibet litteras Alphabeti deficientes a calce dictionum, nempe ה, ם ſæpius ר ת & cæterarum. Exempla paſſim in Comm. Rabb.

FINIS.

Regeſtum.

ab A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

A a Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo.

Omnia ſunt folia integra, præter V, quod eſt ſemifolium & O o, folium cum dimidio.



ROMAE,
Ex Typographia Bartholomæi Zannetti.
MDCVIII.

Cum facultate Superiorum.

A01 1464171

A01 1464171